

Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, 1712

Disptatio XXV. Occurritur argumentis omnium Adversariorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84796](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-84796)

babilitatem veritatis opinioni, quæ caret omni probabilitate, ut constat ex recitatis damnatis; tum quæ dat probabilitatem opinioni, quæ certam habet probabilitatem: sed unice damnantur à Papâ opiniones improbabiles, astartæ tamquam probabiles; non autem opiniones, quarum veritas est certò probabilis: ergo satis est certum, & solum de objectivâ probabilitate veritatis judicium.

N. 103. Confirmo 1. Opinio cuius veritas est certò probabilitior, stante verâ ejus probabilitate, non est damnabilis: ergo neque damnabilis est opinio, cuius veritas est certò probabilis, stante certâ ejus probabilitate.

N. 104. Confirmo 2. Certa objectiva improbabilitas opinionis in ordine ad operâm æquivalens judicio directo de falsitate opinionis: sicut autem cum solo falso faltum judicio directo de opinionis falsitate non licet eam opinionem sequi, nec juxta eam operari; ita neque licet operari sub solo judicio reflexo de certâ objectivâ opinionis improbabilitate: ergo à pari certa objectiva opinionis probabilitas equivalentur judicio directo de opinionis veritate: sicut autem cum solo falso faltum judicio directo subjectivâ probabilitori, aut probabilitate opinionis veritate licet operari; ita quoque sub solo judicio reflexo de certâ objectiva opinionis probabilitate, aut probabilitate licet operari.

N. 105. Confirmo 3. quia ut scitè Reverendissim. P. Fr. Raphael à S. Joanne Generalis Discalceatorum SS. Trinitatis parl. 2. qu. 4. n. 97. certa probabilitas objectiva subrogatur in locum veritatis objectivæ, quando hæc non patet: ergo sicut veritas objectiva necessariò excludit absoluè peccatum; ita & certa probabilitas objectiva. Etenim peccatum excludit

poteſt, tum ab hoc judicio directo certo, *Honorare Deum non est peccatum*; tum ab hoc certo reflexo, *Est certum, quod honorare Deum non est peccatum*; ergo etiam in caſu nostro peccatum excludi potest, tum ab hoc judicio directo subjectivâ probabilitate, aut probabilitate, *Pictura licet*; tum ab hoc reflexo certo de objectivâ probabilitate, aut probabilitate, *Certo probabile, aut probabilitus est, quod pictura licet*; volitio enim picturæ ab alterutro judicio liberari potest à peccato; ergo non tantum subjectiva probabilitas, aut probabilitas liberat à peccato; sed etiam ipsa certa objectiva probabilitas, aut probabilitas: ergo ne formaliter peccatum satis est alterutrum judicium, vel directum de veritate, vel reflexum de certâ probabilitate veritatis.

Confirmo 4. quia sicut Alexander, &c. In. N. M. nocentius suppositum aliquarum opinionum probabilitatem, immò probabilitatem damnarunt; (presertim cum quilibet fit suo Patroño probabilitior juxta P. Vasqu. immò juxta effatum Probabilitistarum) ita ex opposito alii Pontifices aliquarum opinionum probabilitatem confirmarunt; immò loquendo de duplice opinione invicem contradicente, utramque probabilem, & ratione consonam aſteruerunt; ut conſtat vel ex tolâ opinione, una affirmante, alia negante Christi D. adventum, Adâ non peccante: ergo si in materiâ fidei sola certa objectiva probabilitas veritatis opinionis speculativa, juxta mentem Pontificum, satis est, ut laudabiliter, & catholice defendatur; certa quoque, & sola probabilitas objectiva veritatis opinionis practicæ satis erit, ut laudabiliter, & christianè practicetur.

DISPUTATIO XXV.

Occurritur argumentis omnium Adversariorum.

SECTIO I.

Argumenta Palanci.

§. I.

Aliqua.

SUMMARIUM.

Quia cum probabilitate honestatis stat incertitudo honestatis, n. 1.

Et quia operans debet esse certus de honestate, n. 2. 3.

Dico, quod certus de probabilitate honestatis sit certus de honestate formalis suorum actuum, n. 4.

Inducio, ibid.

Arguit, quia ut quis formaliter honestè operatur, debet esse prius certus de honestate, n. 8. 9.

Dico, quod nulli judicio probabilitori insit certitudo de veritate materiali, seu honestate, ut est in re, n. 10.

Hinc ea non requiritur, n. 11.

Satis ut judicium directum sit certum prudenter; non vero logicè, n. 12. 13.

Sic.

Sicut ut obedientia actus sit formaliter honestus, satis est certitudo de probabilitate honestatis, nee est necessaria certitudo de honestate rei precepta, ita in alijs materijs, n. 15.

Habens certum de probabilitate honestatis judicium, non est incertus de honestate materiali, seu proprie dubius, quia suspendit omne judicium directum, n. 16. 17.

N. 1.
Palanc



OBJICIES 1. ex citato Authore

qu. 33. & 34. Certitudo de probabilitate, aut probabilitate objective honestatis nihil probat, eo ipso quod adhuc manco

incertus de honestate operis: sed adhuc habita ea certitudine de probabilitate, maneo incertus de honestate operis: ergo ea certitudo nihil probat.

N. 2. Confirmat 1. quia recte operans per se primò querit honeste operari; ergo certificari per se primò debet de honestate operis; ergo non satis est certitudo de probabilitate honestatis.

N. 3. Confirmat 2. quia electio formaliter honesta tendere debet in opus objective honestum, quia honestum; sed hoc est impossibile abique certitudine honestatis, cum sola certitudine probabilitatis honestatis: ergo numquam sufficit sola certitudo de probabilitate honestatis sine certitudine de honestate.

N. 4. Respondeo, quod quod certus est de probabilitate, aut probabilitate honestatis, aut non in honestatis, sit certus se honeste formaliter operari, ut fuse ostendi exemplo Deiparae, Angelorum, Beatorum, & omnium prudentiorum, qui nisi soli judicio evidenti de probabilitate, aut probabilitate honestatis, suspicio omni prorsus judicio directo de honestate, ducti sunt ad honestissimas operationes. Idem evici paritate Confessarii absolventes contra propriam opinionem; ex paritate tubidit obiectum contra propriam sententiam. Ita ex eo quod mihi evidens sit, quod sibi probabile hunc hominem esse vere pauperem, suspicio omni prorsus judicio directo de veritate paupertatis, procedo ad honeste succurrendum: & ex eo quod mihi sit evidens probabilitas hujus veritatis, *Hic homo est meus pater*, suspicio hoc ipso judicio directo, *Hic homo est meus pater*, cum recte veneror: & ex eo quod sit mihi evidenter probabile, & credibile, hunc virum esse doctum, & pium, suspicio prorsus hoc judicio directo, *Hic vir est doctus, & pius*, recte me ei submittit: & ex eo, quod sit mihi evidens probabilitas grandis lucri, si dem decem, honeste operor ea dando; et si

est quoque evidenter probabilis oppositum: & ex eo quod sit mihi evidenter probabile, me salvandum, si in seculo maneam, et si oppositum sit evidenter probabilis, non ideo male me gero non insciendo religiosum institutum: quin ex fine honesti presum in seculo manere: & sic in alijs immensis. Ergo si mihi sit evidenter probabile, picturam, die facta licere suspicio hoc judicio directo, *Licet pictura*, prudenter adhuc sub eo judicio evidenti de probabilitate honestatis pictura, dirigi potius ad honestam picturam volitionem.

In formâ nego maiorem; vel distinguo N. Certitudo de objective probabilitate honestatis nihil prodest, si maneo incertus, seu directe suspicio judicium de veritate opinionis, & de honestate operis, nego aliter, transcat, & distincta codem modo minorem, nego consequiam. Tantum abest, ut certitudo de objective probabilitate honestatis nihil profit ad honeste operandum, quoniam prodest, ut intellectus meus perfectius habeat, & sit ab omni errore immunis, copio quod suspicio directum de veritate opinionis, & de honestate objecti judicium, solum nixus evidenti judicio reflexo de probabilitate veritatis opinionis, & honestatis picturæ die facta.

Ad 1. confirm. dico, satis esse in incertis, N. ut homo certificetur eo modo, quo possit; sed directe non potest certificari de veritate opinionis, & de honestate operis, immo implicat, ut per judicium subjective probabilitus certificetur de ea veritate, & honestate, cum omne tale judicium sit opinativum, adcoque incertum de veritate speculativa loci objecti: ergo satis est, ut reflexe certificatur, seu satis est, ut certus sit de objective probabilitate, aut probabilitate veritatis opinionis, aut honestatis operations.

Ad 2. confirm. nego minorem: si enim, N. juxta Palancum, satis est certitudo probabilis de honestate objective, quia certitudo probabilis, juxta eundem non est nisi ipsa opinatio probabilior, non video, cur non sufficiat certitudo, & evidenti de ipsa probabilitate honestatis objective.

Objicies 2. ex codem n. 16. Vel requiruntur N. aliquâ certitudo directa de honestate operis, ut recte operemur, vel non? Si requiruntur, ergo non est satis certitudo reflexa de probabilitate, aut probabilitate honestatis operis. Si non requiruntur, contra est; quia regula est S. Augustini, *Tene certum, amittere incertum*; & omnes Antiqui ad formalem honestatem operationis requirunt, quod intellectus certificetur prius de honestate objec-

tiæ

Etivā operis eligendi: & quia, ut operatio voluntatis sit formaliter honesta, requiritur, quod tendat in opus honestum motivē, seu quia honestum; sed implicat, ut tendat in objectum, quia honestum, nisi prius aliquā certitudine de honestate objectivā certus sit; si enim sit omnino incertus, an opus sit, vel non sit objectivē honestum, tendere non potest in tale opus, quia est objectivē honestum: ergo ad honestē formaliter operandum requiritur, quod operans certificetur prius de objectivā honestate operis, aliquā certitudine.

N. 9. Confirmat, quia si eum ad in honestē formaliter operandum necesse non est, ut quis sit certus de objectivā in honestate operis, sed fatus est, ut sit incertus de honestate; aut in honestate objectivā operis, & illud eligat; ita ad hoc, ut honestē formaliter operemur, necesse est, ut certi simus de objectivā honestate operis eligendi; si enim non simus certi, operabimur formaliter in honestē eligendo illud opus.

Sed contra, quia res omnino futilis est, judicio subjectivē probabilius tribuere certitudinem de veritate speculativā sui objecti, ut toties impugnavimus: ergo per nullum judicium directum itans intra probabilitatis terminos haberi potest certitudo de materiali honestate objecti, seu ut est in se: etenim probabilitati inesse deberet connexio essentialis cum objecto ut est in se; hoc autem est certō falso: nam inter judicia probabiliora ad invicem contradicentia sunt falsa; quot vera: ergo non nisi futiliter asteritur, quod ipsi judicio subjectivē probabilius insit certitudo de veritate logicē sui objecti; ita ut objectum ita sit in eo judicio, ut est in se; & ita in se, ut est in eo judicio. Si ergo, quoties sumus inter hinc inde probabili, haberi non potest certitudo de honestate objecti, ut est in se, nempe certitudo directa; chimera erit dicere, quod requiratur ea certitudo logicē directa: requiritur quidem certitudo prudentialis, ut supra dixi, & hēc, ut *ibidem* docui, inest cuique judicio directo certo probabili; at hēc ita requiritur, ut tamen non sit simpli- citer necessaria, cum hēc ipsa haberi possit per judicium reflexum evidens de objectivā probabilitate honestatis.

N. 10. In formā nego requiri necessariō certitudinem directam de operis honestate, ut honestē formaliter operemur: immō nego suppositum, quod stādo inter hinc inde probabili haberi possit ea certitudo speculativa de veritate materiali opinionis, & de honestate materiali objecti, nisi quis pro libito certi-

tudinem tribuat suo judicio: fatis ergo est reflexa certitudo de probabilitate aut probabilitate materialis honestatis operis; immō re benē inspectā, fatus est suspendere omne judicium directum, sive probabile, sive probabilius, sive moraliter certū (quodcumque enim ex illis semper est subiectum falsitati) de honestate objectivā, ne nos, et si prudenter, inficiamur aliquo errore; & appellare ad solum judicium reflexum evidens, & speculativē verum de objectivā probabilitate, aut probabilitate, aut certitudine moralis honestatis objectivā operis.

Textus S. Augustini probat oppositum: N. si enim tenendum est certum, & cūmiten- 12. dum incertum: cūm omne judicium direc- 5. Aug. tūm de objecto probabili, et si moraliter certum, sit incertum de veritate logicā sui cum suo objecto; et ipso hoc judicium di- mittendum erit, & unicē tenendum erit ju- dicium reflexum evidenter verum logicē de conformitate sui cum objecto, & objecti cum ipso judicio; seu tenendum erit unicē ipsum judicium reflexum evidens de objectivā probabilitate, aut probabilitate ma- terialis honestatis operis.

Ad probationem dico, omnes Antiquos, N. & nos cum illis docuisse, praequiriri ad for- 13. maliter honestē operandum certum aliquod de honestate formaliter operationis judicium; at, quod hoc esse debeat judicium directum logicē certum de honestate objectivā operis, & actus, hoc numquam, nec illi, nec nos diximus; immō tale judicium inter hinc inde probabili repugnat; et si non repugnet judicium directum prudentialiter certum; immō omne judicium certō probabile diximus esse intransitivē tale.

Similiter eti Antiqui, & ferē omnes Mo- N. derni, & nos cum illis praequirirant necce- 14. fariō certum aliquod de honestate judicium, non inde infertur, quod semper debeat esse judicium directum; fatis enim est, vel directum prudentialiter certum, et si logicē incertum; vel reflexum evidenter logicē verum de objectivā probabilitate, aut probabilitate honestatis operis, & objecti. Immō fatus est, ut ad sit solum judicium reflexum evidenter verum de suo objecto, seu de probabilitate, aut probabilitate honestatis objecti, & actus; quām ut ad sit solum judicium directum probabile, aut probabilius, aut moraliter certum de honestate ob- jecti, & actus, quorum quodlibet est semper subiectum falsitati, & nullum eorum est essentialiter logicē verum de conformitate sui cum objecto, & objecti cum ipso; non enim per hoc, quod sim moraliter certus tale obje-

D I S P V T. XXV.

334

objectum, & actum esse in re honestum, ideo sunt in re honesta; potest enim hoc ipsum passim esse falsum, ut constat, quoties utraque contradicens est tuis Patronis probabilius, aut moraliter certa, una unis, alia aliis.

N.
15. Fogar.
Palanc. *Dixi, moraliter certa; ut morem gerem huic triviali certitudini morali, quam respectu cuiusque opinionis propria tri- buunt cuique suo Patrono Fogarinus, Palanco, & alii; sed non nisi ad libitum. Igitur per me ad honeste formaliter operandum fatus est folum judicium reflexum certum de probabilitate honestatis objecti, & actus. Ita per hoc, quod mihi sit evidenter probabile hunc hominem esse meum patrem, vel legem jejuniū existere, scio me honeste operari jejuno, & cum venerando; et si non sim directe certus, quod hic homo sit meus pater, & quod detur lex jejuniū. Sicut ergo, ut sim certus meam obedientiam erga talen hominem, aut legem esse formaliter honestam, non est necesse, ut sim certus de paternitate talis hominis, & de existentia legis jejuniū, & de honestate materiali, seu objectivā actus obedientiae; adeoque necesse non est, ut certus sim de veritate logica hujus judicij, *Hic homo est meus pater: Datur lex jejuniū;* nec necesse est, ut detur mutua conformitas inter judicium, & objectum, ut in re; nec quod actus ille obedientiae sit in re honestus; sed satis, ut mihi sit evidenter probabile materialis honestas eorum actus; & materialis paternitas, & existentia legis jejuniū: ita in omni alio casu, ut honeste formaliter operer, satis erit, ut sim certus de probabilitate, aut probabiliitate honestatis objectivā, et si sim incertus de eādem honestate objectivā.*

N.
16. *Dices: Ergo incertus sum de honestate objectivā. Distinguo: sum incertus, seu potius stricte dubius, nam suspendo omne judicium directum, concedo; tum incertus reflexe, & mediatis, nego: nam concipio judicium evidens de probabilitate honestatis objectivā, quod equivalenter est judicium directum de honestate objectivā, aut saltem mouere potest ad illud. Ut autem homo honeste formaliter operetur, ratis est ipsum judicium reflexum certum de probabilitate; hoc enim posito, certus sum de probabilitate honestatis objectivā, et si non sim certus de honestate objecti, & actus; neque enim, ut honeste formaliter operer, requiritur, ut certus sim de honestate objecti, & actus.*

N.
17. *Ad confirm. patet ex modo dictis; nego enim necesse est, ut sim directe certus de honestate operis, ut formaliter honeste ope-*

rer, imo talis certitudo inter hinc inde probabilia est speciosa chimera: satis ergo, ut reflexe certus sim de probabilitate honestatis operationis, vel ut directe certe probabilitate iudicem opus illud esse honestum.

§. II.

Reliqua ejusdem Doctoris argumenta.

S U M M A R I U M.

Arguit, quia objectum voluntatis in quodcum debet, non est probabilitas, sed honestas, n.19.

Reror quo paritate Confessari, & obedienti, n.20.

Formalis regula honestatis per me est, non iurum judicium directum, sed reflexum, & voluntas tendit in probabilitatem, & honestatem, n.21.22.23.

Objectum voluntatis non tantum est honestatio, sed etiam probabilitas honestum, n.24.

Non est necesse, ut qualibet formalitas obedi voluntatis honesta sit, satis us obiectum honestum, n.25.

Arguit, quod idem actus est honestum, & honestus ex probabilitate honestatis, & honestatis, n.26.27.28.

Hoc argumentum antiquum, n.29.

Arguens sibi contradicit, nam argumentum superponit simultaneam probabilitatem, quam ipso negat, n.30.31.

Et si operans habeat ea duo judicia modalia, non dirigitur nisi ab uno, n.33.

Palanco suo argumento tenetur, & sibi contradicit, n.34.

Dico, quod et si adhuc ea duo judicia reflexa, illud tantum est regula, cui voluntas eligit formare actum, n.35.

Et aliud judicium se habet pure speculativum, n.36.37.

Et in manu voluntatis est formare ultimum dilectum, vel de licentia, vel de non licentia, n.38.39.40.

Obijicit 3. ex Palanco qu. 34. a num. 20. N. Cognitio, quae est formalis regula moralitatis, est illa, quae proponit voluntati palanci objectum, in quod tendere debet, & submotivo sub quo tendere debet: sed probabilitas, aut probabilitas honestatis non est motivum, in quod voluntas tendere debet, quia voluntas non debet velle probabilitatem, neque haec est motivum proprium voluntatis: ergo sola cognitio directe honestatis objectivae est formalis regula honestatis formalis; et si ea cognitio sit tantum probabilis, seu probabilitas certa de honestate objectivae.

objectivā, non autem sufficit cognitio de probabilitate honestatis objectivā.

N. 19. Palanc. Confirmat; quia judicium de probabilitate honestatis proponit in rectō probabilitatem, non honestatem: sed judicium formaliter, & immediatē regulans actum voluntatis debet proponere in rectō honestatē objectivā, quam solam voluntas querere tenet, & non probabilitatem: ergo judicium formaliter regulans actum voluntatis non sufficit, quod sit judicium de probabilitate honestatis, sed requiritur, quod sit judicium de honestate ipsā in rectō.

N. 20. Sed contra 1. quia huic, & adductis, & adducendis objectib⁹m refutit utraque irrefragabilis paritas Confessarii; & obdientis: hoc enim ultimum judicium, *Licet⁹ est mihi hunc penitentem absolvere*, nimirum his pramis̄: Quories Confessario est certō probabilis opinio penitentis, toties potest eum licite absolvere; sed Confessario est h̄c, & nunc certō probabilis opinio hujus penitentis: ergo potest eum licite absolvēre. Ecce Confessor non dirigitur ad absolvendum à judicio de veritate, sed de certā probabilitate veritatis opinionis penitentis. Idem dico de obediēte, qui ad obediendum dirigitur partiaſter fātem à judicio de certā probabilitate veritatis opinionis Superioris: ergo omne argumentum inutile.

N. 21. Contra 2. quia hoc argumentum ostendit, quod voluntas tendere non possit in objectum honestum directē certi. Quero enim, an tunc tendat in certitudinem, an in solam honestatem? Si in solam certitudinem, quāram iterum, cur certitudo honestatis, non autem probabilitas honestatis possit esse objectum voluntatis? Si in utrumque, atque adeo honestas proposita ut certa ab intellectu potest esse objectum voluntatis, rogabo: cur voluntas non poterit etiam tendere in utramque, nempe in probabilitatem, & in honestatem? atque adeo honestas proposita ut probabilis ab intellectu esse poterit objectum voluntatis.

N. 22. Ad argumentum directē dico, quod, juxta me, proxima, formalis, & immediata regula honestatis formaliter electionis non tantum sit judicium directum certō probabile, probabilis, aut moraliter certum, aut evidens de honestate objecti: nam, ut dixi, voluntio operis possum sub eo judicio directo certō probabile, aut probabiliori de honestate operis est formaliter honesta, & regulatur immediatē ab eo judicio directo, subjectivē certō probabile, aut probabiliori de honestate operis, & objecti; sed insuper volo, quod certum reflexum judicium de objectivā

probabilitate honestatis possit sāpe esse formalis, proxima, & immediata regula electionis objecti: etenim non tantum honesta formaliter operor, cū volo objectum sub judicio subjectivē probabile, aut probabile de honestate materiali; sed etiam, dum volo objectum sub judicio reflexo certo de probabilitate, aut probabilioritate honestatis materialis, suspeso omni directo subiectivē probabile, aut probabiliori de honestate; ita ut non tantum valeat, Hoc est probabiliter, aut probabilius licitum, ergo licet; et si per judicium subjectivē tantum probabile, vel probabilius judicē illud esse licitum; sed etiam valeat, Hoc est certo probabile, aut probabilius esse licitum, ergo licet.

Ratio est: quia si probabilitas intrinſeca, N. & intranſitiva ipsi judicio directō probabile, 23. (idem dico de probabiliori) *Hoc licet*, non impedit, immo immediatē dirigit ad voluntionem formaliter honestam sui objecti, ut vult Palanc. n. 24. Ignoro quomodo ipsa certa probabilitas (idem dico de probabilioritate) honestatis ipsius judicii directi cognita per modum objecti, aut ipsum motum certō probabile (sufficiens ad judicium directum subjectivē probabile) cognitum per modum objecti à judicio reflexo, non possit esse regula objectiva? ipsumque certum judicium reflectas supra eam probabilitatem honestatis non possit esse regula formalis, & immediata electionis objecti cogniti, ut certo probabiliter honesti?

In formā dico, quod objectum voluntatis non tantum sit bonum certo honestum, 24. sed etiam bonum probabiliter honestum. Ut autem Palanco videat tuum aequivocum, attendat, quod est albedo Petri, & Petrus albus differant grammaticaliter, non tamen quoad potentiam visivam; nam octilius non tantum tendit in Petrum album, quantum in albedinem Petri: ita in casu nostro, et si probabilitas honestatis, & honestas probabilis differant grammaticaliter, attamen non differunt quoad voluntatem: non enim bonum, seu objectum voluntatis est honestum ut sic, sed omnia individua honesta; atque adeo non tantum honestum propositum ut certum, sed etiam hopeustum propositum ut probabile. Omitto instantiam de certitudine paulo ante allatam.

Ad confirm. quarto, an judicium proponeat in rectō certitudinem honestatis possit 25. esse formalis regula voluntatis tendentis in objectum directē cognitum certō honestum? Si negat, gratis negabit, immo non fiet quāſio nisi de nomine; nam respectu voluntatis idem est certitudo honestatis, ac certa

D I S P V T . XXV.

336

certa honestas; ipsa enim certitudo, & bonum, in quod voluntas tendere potest; *five ut quo*, *five ut quod*, quod modo parum curio. Si affirmat, idem dicam de probabilitate honestatis; nam idem est respectu voluntatis probabilitas honestatis, ac honestas probabilis, ipsaque probabilitas est bonum, in quod voluntas tendere potest; si enim voluntas tendere potest non tantum in presentationem, & certitudinem boni, & honesti, sed etiam in probabilitatem, multò magis in probabilitatem ejusdem boni, & honesti. Addo, quod sicut, dum voluntas tendit in bonum certò honestum, satis est, ut objectum sit realiter honestum, non autem necessitè est, ut qualibet formalitas abstractè sumpta sit honestas; non enim certitudo est honestas, & sicut, ut voluntas honeste formaliter operetur, necessitè non est, ut qualibet formalitas objecti honesti, in quod tendit, sit honesta, sed satis est, ut objectum illud sit realiter honestum: ita in cau nostro, eti probabilitas non sit honestas, attamen voluntas tendens in objectum cognitionem, ut certè probabilitè honestum, reverè honeste formaliter operatur.

N. 26. Objicies 4. ex eodem ibid. n. 21. Si satis est judicium de objectivâ probabilitate honestatis, maximè quia probabilitas honestatis est regula objectiva honestatis; hoc est falsum: ergo. Minor probatur; quia si probabilitas honestatis est regula objectiva honestatis, idem actus voluntatis est simul honestus, & in honestus; honestus, quia probabile est, quod tale objectum sit honestum; in honestus, quia probabile est, quod sit veritum: ergo idem actus voluntatis est simul honestus, quia juxta regulam, nempe juxta probabilitatem honestatis, & in honestus, quia est contra regulam, nempe probabilitatem de in honestate talis actus: ergo dici non potest, quod probabilitas honestatis objectivæ, sit regula objectiva honestæ operationis.

N. 27. Confirmat 1. quia regula debet esse talis, ut qui juxta illam operatur, rectè operetur; & qui contra illam operatur, prave operetur: ergo si probabilitas est regula objectiva, talis est, quod qui juxta probabilitatem operaretur, rectè operaretur; qui autem contra illam, prave operaretur: sed, juxta nos, sepe accidit eundem actum voluntatis tendere juxta, & contra probabilitatem, ut cum simul est probabile, objectum esse honestum, & esse in honestum: ergo, juxta nos, sepe accidit, nos simul rectè, & prave, honeste, & in honeste operari ponendo eundem actum.

Confirmat 2. n. 22. Si judicium de probabilitate honestatis sufficeret, ut regula formalis ad honestandum actum, judicium de probabilitate in honestatis sufficeret etiam ut regula formalis ad in honestandum actum, cum non sit necessaria major, immo minor cognitio in honestatis objecti sufficiat ad in honestandum actum: ut enim actus evadat formaliter in honestum, satis est, ut ponatur sub cognitione turpitudinis objecti: ut autem evadat formaliter honestus, non sufficit cognitio dubia de honestate objecti, sed requiritur determinata; nam malum ex qualibet defectu, bonum ex integrâ causa: sed, juxta nos, datur simul in intellectu judicium certum de probabilitate honestatis objecti & judicium certum de probabilitate in honestatis objecti: ergo si utrumque judicium est regula, voluntas tunc tendens in illud objectum, rectè simul, & prave, honeste simul, & in honeste operabitur: ergo non sufficit pro formaliter regula judicium de probabilitate honestatis, eti sufficit judicium probabile de honestate. Aliud enim est *judicium probabile de honestate*, aliud *judicium de probabilitate honestatis*; potest enim simul in intellectu dari judicium de probabilitate honestatis, & judicium de probabilitate in honestatis; immo idem judicium utramque probabilitatem affirmans; implicat tamen in eodem intellectu duplex judicium probabile, unum affirmans probabilitatem honestatis, aliud negans; & multò magis implicat, ut idem intellectus unico actu simul probabiliter judicet objectum esse honestum, & esse turpe: ergo ex eo quod judicium probabile sit regula honestatis formalis, non sequitur allatum inconveniens, quod idem actus est simul contra, & juxta regulam. Ratio est, quia judicium probabile de honestate objecti excludit judicium probabile de in honestate ejusdem; ergo vel quis operatur cum judicio probabile de honestate objecti, & tunc formaliter honeste operatur; vel quis operatur cum judicio probabile de in honestate objecti, & tunc in honeste formaliter operatur; non enim cum utroque simul operari potest, quia similitas utriusque repugnat. H.ec Palanc.

Fateor hoc esse præcipuum, quod in nos N. fieri potest, argumentum; at simul fateor 30 esse longè antiquius Palanc, nam illud trahit Candidus, immo cuique est obviuus; Philo & tota difficultas stat in eo, quomodo pingens non peccet, cum simul habeat hæc duo judicia modalia. *Certo probabile est pingentem non peccare*: *Certo probabile est pingentem non peccare*; atque adeo eti pingens non peccat.

prout conformatur huic judicio modali, *Certo probabile est pingentem non peccare*; attamen videtur peccare, prout disformatur alteri judicio modali, *Certo probabile est peccare*, per quod judicium vetatur pictura. Reversa tamen est prorsus imbelli hoc argumentum, immo non est contra me. Nam ego dico licetum operari sub solo judicio reflexo de certa probabilitate non honestatis, suspenso omni directo, immo & reflexo de certa probabilitate non honestatis: ergo non est contra me.

N.

31.

Quia tamen, si non est, potest revera esse contra me: nulla enim est difficultas, quod simul stent, juxta nos, duo judicia certa reflexa, unum de probabilitate honestatis picturae, aliud de probabilitate in honestatis picturae; ideo a me solvendum. Unum tamen praterire nequeo, me nefcire, quomodo Adversarii negantes posse simul esse eidem intellectui probabilem utramque contradictoriam, utantur eo argumento contra nos. Posunt quidem admittentes simultaneam utriusque contradictorii probabilitatem, eo argumento contra nos uti; at qui hoc negant, eo uti nequeunt, nisi nostra principia supponant, ut vera. Qui enim dicunt simul esse ea duo judicia reflexa certa, *Probabile est picturam licere*: *Probabile est non licere*, eo ipso supponunt simultaneam utriusque contradictorij, seu de licentia, & non licentia picture, in codem intellectu probabilitatem.

N.

32.

Modo ad argumentum fateor 1. compofibilita esse haec duo judicia certa, *Probabile est picturam licere*: *Probabile est non licere*, non enim sunt opposita; nam ambo sunt affirmativa de modo: econtra haec duo, *Licet pictura, non licet pictura*, et si tantum sint probabilita subiective, non esse compofibilita, quia sunt contradictoria.

N.

33.

Fateor 2. quod qui dirigitur ad pingendum ab hoc judicio certo reflexo, *Probabile est picturam licere*, honeste tantum operetur, non autem in honeste; quia et si habeat, vel habere simul possit aliud judicium modale, *Probabile est picturam non licere*; attamen non dirigitur ab hoc, sed ab illo solo; hoc autem mere speculativa se habet; nam ad voluntatem pingendi formaliter honestam dirigitur ab his praemissis: Omne certo probabile est formaliter licitum, & honestum, sed voluntio picturae est certo probabilis de honestate actus, ergo est formaliter licita, & honesta. Neque enim tunc habet duo conscientiae dictamina, puta: *Ergo voluntio pictura est formaliter licita, & honesta*: *Ergo voluntio pictura nec est licita, nec honesta formaliter*; sed illud

Tom. III.

Ff dere

tantum habet, non hoc, quia voluntas se determinat liberè ad illud præ hoc.

Fateor 3. suomet argumento Palancum N: involvi, immo sibi contradicere: involvi- 34. tur, nam quero, cur potius quis formet hoc judicium directum subiective probabile, *Licet pictura*, quam hoc aliud subiective probabile, *Non licet pictura*, cum simul habeat ea duo judicia modalia, *Certo probabile est picturam licere*: *Certo probabile est picturam non licere*? Rogo enim à quo intellectus determinetur potius ad hoc, *Licet pictura*, quam ad hoc, *Non licet pictura*? Tota enim ratio in libertatem voluntatis refundenda erit; nam ex parte intellectus, si adeo certa probabilitas licentia movens ad hoc judicium directum subiective probabile, *Licet pictura*; adeo quoque certa probabilitas non licentia movens ad hoc judicium directum oppositum subiective probabile, *Non licet pictura*: ergo tota ratio determinans intellectum ad hoc præ illo judicio directo est voluntatis imperium. Sibi contradicit, tum quia, cum alibi mordicus negasset simultaneam in codem intellectu utriusque contradictorii probabilitatem, modo, ut contra nos arguat, eam nobiscum admittit: ergo non potest contra nos arguere, nisi neget suum de repugnantia simultaneæ probabilitatis principium. Tum quia, cum alibi quoque robustè neget, licitum sequi æquè, aut minus probabilem, format in præsenti argumentum de æquali probabilitate, & supponit licitum sequi minus, aut æquè probabile extremum; nam dicit, quod si satis est reflexum de probabilitate judicium, honeste simul, & in honeste operabitur, quia cum reflexo de probabilitate honestatis stat aliud reflexum de probabilitate in honestatis; atque adeo sicut unius regula conformatur, ita alteri disformatur: sed hoc argumentum nullam vim habet, nisi supponat licitum sequi æquè, aut minus probabilem; hoc enim negato, nullam vim habet, nam dici potest, quod vel utrumque reflexum de probabilitate judicium est de æquali vel de inæquali probabilitate. Si de æquali; tunc sicut ex æquè probabilitibus non licet sequi nisi probabiliorum, ita ex illis judicis reflexis supra probabilitatem illud tantum erit regula, quod supra maiorem, non quod supra minorem probabilitatem reflectit: ergo ut ejus argumentum aliquam habeat in nos vim, deber arguens retroce-

D I S P V T . XXV.

338

dere à luis principiis, de non lictio ufu minūs tutæ, æque, aut minūs probabilis; & de impotentia intellectus, ut assentiatur minūs probabilis; & debet subscrībere nostris de lictio ufu cuiusque certo, sive magis, sive æque, sive minus probabilis; & de potentia intellectus, ut assentiatur æque, aut minūs probabilis.

N.

35.

In formâ conceitâ maiori, nego minorem. Ad probacionem nego antecedens; & dico, quod licet simul adest possint duo iudicia reflexa, unum de probabilitate honestatis, aliud de probabilitate non honestatis, illud tantum est regula proxima, cui voluntas conformat actum; non enim velle potest conformare utriusque, sed alterutri; ergo actus erit vel tantum honestus, si dirigatur a solo iudicio certo reflexo de probabilitate honestatis, vel tantum in honestus, si dirigatur a loio iudicio reflexo certo de probabilitate in honestatis. Est autem in manu voluntatis conformare actum, cui voluerit, ex illis iudicis reflexis, sicut, juxta nos, est in manu voluntatis elicere hoc, aut illud iudicium directum conforme uni, & disforme alteri iudicio reflexo. Hoc enim iudicium directum, *Licet pictura*, est conforme huic reflexo. *Certo probabile est licere picturam*; non autem huic, *Certo probabile est non licere picturam*.

N.

36.

Dices: In cau[n]o nostro adest utrumque iudicium reflexum certum, unum de probabilitate honestatis, aliud de probabilitate in honestatis: ergo si volitio pictura est honesta, quia conformatur iudicio reflexo certo de probabilitate honestatis pictura die festo; eadem volitio pictura est in honesta, quia disformatur alteri iudicio certo reflexo de probabilitate in honestatis pictura.

N.

37.

Nego consequiam, quia, ut dixi, tunc format ultimum dictamen de licentia picturae ex certâ probabilitate de licentia; aliud autem reflexum iudicium de certâ probabilitate non licentia pictura se habet purè speculativè, & non directivè. Quod si formaret dictamen ultimum de non licentia ex certâ probabilitate de non licentia, tunc non liceret pingere: format tamen illud dictamen prudenter, & rationabiliter ex eo quia se fit nihil sibi esse veritum, nisi certum sit esse veritum & quia nulla lex dubia de honestate, & in honestate obligat ad omissionem actus; & quia quoties probabile est legem vetantem non existere, non obligat. Huc patet evidenter, cur ex eo quia certo probabile sit licere picturam die festo, volitio pictura sit formaliter honesta; ex eo autem, quod certo probabile sit picturam die festo non licere, ea volitio pictura non sit formaliter in honesta.

Ratio est, tum quia in manu voluntatis N. est formare dictamen, vel de licentia, vel de non licentia, cum certa sit probabilitas tam licentia, quam non licentia; format autem dictamen de licentia: ergo volitio est tantum honesta formaliter: tum quia, juxta nos, omne, quod est certo probabile esse licitum, est licitum formaliter: non ita omne, quod est certo probabile non esse licitum, non est licitum formaliter; nam in cau[n]o probabilitatis certa tam pro lege quam pro non lege, possidet libertas: tum quia nihil nobis est vetitum, nisi ita sit, certo vetitum, ut non sit certo probabile, non esse vetitum, quia lex dubia non potest vincere certam libertatem: sed quod est certo probabile non esse vetitum, non est certo venimus ergo licet certa sit probabilitas non licentia picturae, adhuc tamen non est certa non licentia picturae: ergo volitio pictura non potest esse formaliter illicita. Vide que dixi disp. 24. sect. 2. §. 1. ad finem de Legi claris, immo vide, quae dixi disp. 23. an. 193. ad 202. ubi hoc argumentum solvi.

Instabis ex Palanco qu. 5. an. 126. quod N. objectum prudentiae debet ad minus esse 20. exercitè probabile operanti, quod ita sit in suore, non autem fatis esse, quod sit ei probabile signare. Explicat. Tunc est aliud probabile milii exercitè, quando probabilitas iudicis illud ita esse: Tunc est probabile signare, quando iudico illud esse probabile, id nullo modo iudico illud esse verum in re: modo, quo doctrinam Scotti iudico esse probabile, non tamen probabilitas iudica illam esse in re veram. Probat; quia objectum prudentiae debet esse certum operanti, falem certitudine morali, aut probabili; ita ut operans certus sit, quod agibile conforme sit in intento; sed non potest operans inesse certus, si præcise iudicet signare esse probabile, quod illud agibile sit conforme, si non iudicet probabilitate illud esse conforme in re: ergo non sufficit probabilitas signata, sed falso requiritur exercita, quia exercitè iudicet probabilitate illud esse verum in re. Minorem probat; quia de pluribus objectis, vel assertis iudicamus signare esse probabile, & simul iudicamus esse falsa, & dubitamus, an falsa sint; nam probabilitas flare potest fine veritate: & practica probabilitas fine veritate practicâ, sicut probabilitas speculativa fine veritate speculativâ.

Sed contra 1. quia sibi contradicit admittendo hic similitudinem probabilitatis, quam 40. alibi negat. Contra 2. quia etiam de iudicis exercitè probabilitioris veritate dubitare possunt; neque enim per hoc quod aliquid sit

mihi probabilius, ideo est in re verum; sed ad summum est mihi verum: ergo non sufficit signata probabilioritas, seu certitudo de probabilioritate. Contra 3. quia certitudo veritatis non est componibilis cum probabilitate veritatis; componibile autem est judicium reflexum evidens de probabilitate veritatis; ergo hoc melius est. Ad argumentum patet ex dictis paulo ante.

S E C T I O . II.

Argumenta M. Passerini, M. Mercori, M. Goneti, Candidi, & P. Elizalda.

§. I.

Aliqua.

S U M M A R I U M .

Argumentum, & contradicatio M. Passerini, n. 41. 42. 43.

Arguit Gonetus, quia affirmatio est causa negationis, n. 44.

Eius doctrina, & praxis invicem contradicunt, n. 45. 46.

Aliud certitudo de probabilitate, aliud de honestate; easflare potest cum incertitudine honestatis, n. 47.

Arguit Candidus, quia cum iudicio scientifico de probabilitate licentia est aliud scientificum de probabilitate non licentia, atque a deo licentia manet dubia, n. 48. 49. 50.

Bordonus cedit argumento, n. 51.

Info argumentum ex Deipara, & Angelis, n. 52.

Info specialiter contra Bordonum, n. 53.

Dico, quod licet per iudicium scientificum non judicetur directe, & immediatae veritas licentia; judicatur tamen mediata, & reflexe, quod satis est, n. 54. 55. 56.

Nego, quod maneat dubius de licentia, qui suspendit directum, & habet reflexum; est enim certus reflexus illa, n. 57.

Et licet sit dubius de licentia, ut est in re & non tamen ut est in mente; nam ad licitam actionem satis, quod sit certo probabilitas licita, n. 58.

Demum etsi licentia est dubia, est tamen certa probabilitas illius, quod satis est, n. 59.

dicat se non curare de opposita; nam fæpe docui, quod nullam opinionem sequi possum, nisi sit certo, tum absolute, tum relativè probabilis: ergo indagat probabilitatem oppositæ. Addo argumentum non esse ad rem, si loquatur de opinione subjectivæ probabili; non enim hic querimus, an satis sit iudicium directum subjectivæ probabile, sed an satis sit iudicium reflexum certum de probabilitate opinionis, juxta quam operari volo.

Vel loquitur de probabilitate objectivæ N.

sumpta; tunc autem sibi contradicit, nam 43.

suprà mea disp. 22. secl. 2. §. 2. plura dedi ex M. Passe.

codem M. Passerino, quibus affirmat satis esse iudicium reflexum de probabilioritate veritatis, suspensus omni directo de veritate.

Si autem, juxta eumdem, satis est, vel iudicium reflexum de probabilioritate veritatis, vel iudicium directum subjectivæ probabilius, (nam est Probabiliorita) eo ipso cum, juxta nos, qui Probabilistæ sumus, satis sit iudicium directum subjectivæ certo probabile, etsi minus, eo ipso satis quoque erit solum iudicium reflexum certum de probabilitate, etsi minor, ipsius veritatis. Tota enim difficultas, siqua est, refunditur in hoc, quod probabilitas sit minor, sive illa sit subjectivæ, sive objectivæ tantum in mente; sed quod probabilitas sit minor, non obest, nam fufissimè solvimus, quæ stant contra usum minus probabilis minus tute: ergo si satis est, ut ostendimus, certa probabilitas minor subjectivæ sumpta, ut recte operemur, satis quoque erit certa probabilitas minor objectivæ sumpta; id est, si satis est, ut licet operer, quod assentiar objecto minus, certo tamen probabili; satis quoque erit, ut licet operer, quod certo reflexe iudicem dari cum probabilitatem veritatis, & licentia.

Objicies 2. ex M. Goneto tom. 3. in *Dissert. N.*

Theol. de Probabilit. n. 41. & 42. Si probabi-

litas reflexæ cognita in aliquâ opinione, seu M. Gon-

si iudicium reflexum de probabilitate aliqui-

jus sententia excluderet formidinem de ma-

litia morali opinionis, iqueretur, quod af-

firmatio est causa negationis, & possem re-

Etè concludere, me non habere formidinem,

& dubietatem de aliquo, quia de eo habeo

formidinem, & dubietatem; hoc est absurdum;

ergo & illud. Sequela probatur; quia for-

midido, & dubietas sunt de essentiâ opi-

nionis probabilis ex S. Thom. qu. 14. de V. 5. The-

rii.

Sed contra 1. quia eius doctrina ejusdem N.

Goneti praxi contradicit; suprà enim disp.

22. secl. 2. §. 2. plurima loca dedi, in quibus 45.

M. Gonetus iuspendit omne iudicium de

Ffiij verita-

N. **O**bjicies 1. ex M. Passerino tom. 1. in 2.

2. qu. 186. n. 252. Qui solam probabi-

litas opinionis sumit pro regulâ agendo-

rum, dicit, satis mihi est, quod opinio-

quam opinor, sit probabilis, de opposita non

euro, & nolo eam indagare; ergo peccat.

Sed contra; quia vel loquitur de opinio-

ne subjectivæ probabili; tunc autem falsum

est, quod qui assentitur opinioni probabili,

Tom. III.

DISP VT. XXV.

340

veritate, & appellat unicē ad reflexum de objectivā probabilitate, immō probabilitate; & quidem non tantam in materia speculativā, sed tāpissimē in morali: ergo & sibi contradicit, & suo argumento tenetur.

N.
46.

Contra 2. quia eādem mēa *disp. l. c.* sāpē oppositam propriā vocat valdē probabilem, etiā sua sit illi probabilit̄. Quārō autem, quomodo, si opposita est illi valdē probabilit̄, excutiat omnem formidinem, & dubietatem, sequendo suam sibi probabiliorem, aut reflexe judicando eam esse sibi probabiliorem? Etenim motivum oppositū, sicut facit opinionem sibi valde probabilem, ita aptum est inutere prudentem formidinem de falsitate propriae opinionis, & de maliā operis ab illā dictati: ergo tencuntur suo argumento occurrere.

N.
47.

Contra 3. quia confundit judicium reflexum cum directō, & objectivē probabile cū subjectivē probabili. Judicium reflexum de objectivā probabilitate non malit̄ in tali opere, & veritatis in tali opinione, est certū, & evidēs de suo objectō; objectum autem illius non est bonitas operis, & veritas opinionis; sed est probabilitas bonitatis operis, & veritatis opinionis: de hoc autem objectō nullam prorsus habet formidinem, aut dubietatem, quin habet evidētiam, & certitudinem: etenim dixi, quōd lictum sit sequi judicium reflexum certum, & evidēs de probabilitate veritatis opinionis, & honestatis operationis: ergo qui tale concipit judicium reflexum certum, & evidēs de objectivā veritatis opinionis, & honestatis actionis probabilitate, nullam prorsus habet formidinem de suo objectō, nempe de probabilitate veritatis, & honestatis. Judicium autem directū subjectivē certō probabile, habet quidem formidinem, non tamen dubietatem; (hāc enim strictē lūmpata implicat cum assentū directō, cū sit suspensio omnī assentū directī) habet, inquam, formidinem de veritate opinionis, & de honestate actionis; attamen ea formido nō nocet, nam non est formido de conformitate opinionis, & objecti cum regulis morum, licet sit formido de conformitate sui cum objectō, ut est in re, ut dixi *disp. 18. p. rotam*, sed prīcipue *scđ. 8.* nec hīc repentina; cūm hīc mihi non sit sermo de judicío directō subjectivē probabili, an satis sit, sed an satis sit solam judicium reflexum certum de objectivā veritatis opinionis, & honestatis operationis probabilitate. Addo, quod si M. Gon. M. Gonetus loquatur de judicío directō subjectivē probabili, & querat, qualiter excludat formidinem oppositi, queram ab eodem,

qualiter ea excludatur à judicío directō subjectivē probabili, cum incertum sit?

Objicis 3. ex Philal. *qu. 5.* Juxtanos, ut quis prudenter, & rectē operetur, habet N. debet judicium probabile de honestate; ergo ^{et Philal.} judicare debet verum esse, quid sit honestum, sed hoc non judicatur per judicium reflexum, hoc enim cadiit supra probabilitatem honestatis, non supra honestatem: ergo hoc judicium reflexum non est fātis. Antecedens pāter ex P. Sanch. *lib. 1. Sum. cap. p. 53.* *9. n. 18.*

Confirmat 1. quia sunt duo inter se valde diversa, probabile est hoc esse lictum, hoc est probabilit̄ lictum: etenim illud *judicium reflexum* est scientificum, nam certificatur probabilitas; hoc autem est opinionum: ergo si requiritur, juxta P. Sanch. & *p. 53.* nos, judicium probabile de licentia actionis, eo ipso non fātis est judicium reflexum de probabilitate licentiae actionis.

Confirmat 2. quia cum judicío scientifico N. de probabilitate licentiae sit aliud scientificum de probabilitate non licentiae; potest illud enim res per unū medium apparet hīc, & per aliud illīcī: ergo simul cohēs posunt hīc duo judicīa scientifica, probabile est actionem esse lictum; probabile est non esse lictum, ut extra dubium est: sed si exīstat hoc tantum reflexum scientificum, *Probabile est actionem esse lictum*, sive utrumque, semper est certum, quid licentia rei, stante eo solo judicío scientifico de probabilitate licentiae, maneat dubia: (quod argumento utitur etiam M. Mercorus) ergo si manet dubia, non possum sub eo solo judicío scientifico de probabilitate licentiae velle eam actionem: ergo necesse est judicium directū, quo directē judicēn de licentia rei; nec satis est reflexum judicāns de probabilitate licentiae rei; potest enim quid est certō probabilit̄ lictum, & tamen in re esse illīcī. Hoc autem multo magis probat, quid satis non sit judicium reflexum scientificum de probabilitate licentiae unītū alterī reflexī scientificī de probabilitate non licentiae, ut patet ex terminis: ergo semper requiritur judicium directū de veritate, seu de rei licentia, sive de objectivē probabili, sive probabilius.

Scio huic argumento cēdere Bordonum N. Scotistam, in utroque Jure, & Theologī *scđ. 8.* eruditum, nam in Propugnaculo opinionis *Scđ. 8.* probabilis *cap. 7. n. 16.* ait, quidē confirmatio *Scđ. 8.* Candidi concludat, quidē ad rectē operandum non fātis sit judicium scientificum de probabilitate licentiae, sed præterea requiratur judicium probabile de veritate, seu li-

centia rei; quia stare potest, quod per judicium scientificum aliquid sit licitum, & illicitum, quia hoc judicium est de re, ut apparet, non ut est in re; potest autem per diversa motiva apparere simul licita, & illicita: ergo cum solo judicio scientifico de probabilitate nemo potest operari, quia adhuc manet dubius de veritate; seu licentia rei; hoc autem dubium tolli non potest nisi per judicium subjective probabile, quod res sit licita. Hac Bordonus.

N. 52. Sed contra Candidum, & Bordonus est
Philal. 53. 1. quia peto, an licitum sit operari cum solo
Bordon. judicio de probabilitate, immo de objec-
tiva certitudine morali de licentia, suspenso
omni directo subjective probabilitori, aut
moraliter certo de licentia? Si negant, ne-
gabunt veritatem in Deipara, in Angelis, in
Beatis, in Prudentibus satis probatam, &
usitatum modum, quo ad opera procedunt,
seculo omni periculo erroris materialis, ut
late diximus. Si affirmant, tenebuntur suo
argumento, nam judicium scientificum de
probabilitate, aut de morali certitudine
licentia non est judicium de veritate, seu de
licentia; immo res judicata scientificice proba-
bilius, aut certo moraliter licita, potest
in re esse illicita.

N. 54. Contra 2. quia hoc specialiter urget con-
tra Bordonus mordicus tuentem licitum
53. usum minus probabilem, stante probabilitori
Bordon. opposita: quare autem, qualiter posse
elicer judicium probabile de licentia, stante
judicio scientifico reflexo de probabilitate
non licentia? Et licet tunc intellectus
non maheat in rigore dubius, quia elicit af-
fensem directum subjective minus probabi-
litem de licentia, quero tamen, an maneat
valde formidolosus, & quidem prudenter,
& cum tanto excessu de veritate sui astrictus,
& de licentia actionis, quantum probabilio-
ritas excedit probabilitatem inferiorem? &
quomodo a judicio scientifico reflexo de
probabilitate non licentia, non derivetur
prudentior forma de fallitate astrictus di-
recti minus probabilem, & de non licentia
rei minus probabiliter licite, quando cer-
titudine aliqua de veritate astrictus directi
minus probabilis, & de licentia rei minus proba-
biliter licite? Igitur a Bordono argumentum
solvendum est.

In formâ distinguo antecedens: Ut quis
prudenter operetur, habere debet judicium
probabile de licentia rei; probabile, inquam,
vel objective, vel subjective, concedo; proba-
bile semper subjective, nego. Nam, per
nos, satis est, vel judicium directum subjec-
tive probabile de licentia, et si minus, dum-

Tom. III.

modo sit certo probabile; vel reflexum sci-
entificum, & evidens de probabilitate li-
centiae: & distinguo consequens: ergo ju-
dicare debet, vel directe, vel reflexe verum
esse, quod res sit licita, concedo consequen-
tiam; judicare debet semper directe, nego
consequentiem. Nam satis est, ut vel judi-
cet certam esse probabilitatem veritatis op-
pinionis, & licentiae operationis; hoc autem
est judicare reflexe veritatem opinionis, &
licentiam operationis: vel ut judicet certo
probabilem esse veritatem opinionis, & li-
centiam operationis, directe assentiendo ip-
si operationi ut honeste, & ipsi opinioni ut
vera; per judicium subjective probabile, si-
ve magis, sive minus; hoc autem est judica-
re directe veritatem opinionis, & licentiam
operationis.

Ad subsumptum distinguo: Per judicium N.
reflexum scientificum de probabilitate verita-
tis opinionis, & licentiae actionis, non ju-
dicatur directe veritas, & honestas, conce-
do; non judicatur reflexe, & mediata veri-
tas, & honestas, nego. Qui enim scientificè
judicat veritatem opinionis, & licentiam
actionis esse certo probabilem, eo ipso judi-
cat esse certo verosimilem: certa autem si-
militudo veri, & certa similitudo honesti no-
bis sufficit, quoties veritas, & honestas man-
gent semper incertæ. Nec ullus ostendere
poterit legem aliquam, quâ rei pure verosimili
tate teneamur assentiri ut vera, & objectum
simile honesto teneamur judicare esse in re
honestum. Permititur quidem statu homi-
num imperfecto directus ille assentius; at,
quod ad eum semper obligemur, quoties
operandum est, nemo ostendet. Si ergo in-
certam veritatem, & honestatem veniamur
per certam veri, & honesti similitudinem,
quomodo ad operandum satis non erit ip-
sum judicium scientificum reflexum de ipsa
veri, & honesti similitudine? Rursum si ip-
sum motivum grave, seu certa probabilitas,
& verosimilitudo objectiva satis est, ut ho-
mo eliciat prudentem astrictum de rei veri-
tate, et si in re possit esse falsus, & sub eo re-
cte velit operationem, quæ, quia est certo
similis honesto, judicatur directe in re ho-
nesta; ignoro, cur ipsa certa probabilitas, &
certa similitudo veri, & honesti, scientificè
cognita, non satis esse possit, ut homo, sus-
penso omni astrictu directo, qui potest esse
falsus, prudenter procedat ad pontendam
actionem certo similem honeste, cognitâ
certâ similitudine veritatis opinionis de
eius honestate, et si ei opinioni non assentia-
tur.

N. 55. Ad 1. confirmationem fateor esse diversa 56.

Ff iij inter

inter se ea duo judicia, nempe judicium reflexum scientificum, & judicium directum probabile; & distinguo consequens: Si requiritur judicium probabile subjectivè, non satis est judicium reflexum objectivè probabile, concedo consequentiam; aliter, nego consequentiam. Per nos autem satis est, ut dixi, judicium reflexum de objectivè probabilitate, aut directum subjectivè probabile; alterutrum enim satis est; immo ita alterutrum satis est juxta nos, ut satis est, vel solum reflexum sine directo, vel solum directum sine reflexo, vel utrumque simul.

N.
57.

Ad 2. confirm. concedo, quod utrumque judicium scientificum, unum de probabilitate licentiae, aliud de probabilitate non licentiae, simul coexistere possint. Ad hoc subsumptum, existente judicio scientifico, sive uno tantum de probabilitate licentiae, sive altero etiam de probabilitate non licentiae, adhuc licentia manet dubia, seu intellectus manet dubius de licentia, si suspendatur judicium directum probabile de licentia; distinguo: manet dubius directè, transeat; manet dubius reflexè, subdivinguo: de licentia, ut est in se, concedo; de licentia, ut iubat certa probabilitati, seu evidenti verosimilitudini de eo, quod res vere sit licita in re, nego. Nota duo esse in argumento; unum, quomodo si intellectus manet directè dubius de licentia rei, ut est in se, possit quis turè conscientia procedere ad volendam eam rem? Quod enim tunc maneat intellectus directè dubius, est certum, nam voluntaria omnis alienus directi suspensio est dubium. Alterum, quomodo stante utroque judicio scientifico, uno de probabilitate licentiae, altero de probabilitate non licentiae, possit voluntas, suspensio omni judicio directo de licentia, procedere ad honestè volendam eam rem? Etenim dato utroque judicio reflexo, adhuc intellectus est dubius de licentia rei; immo certa probabilitas non licentiae elidit certam probabilitatem licentiae: ruris eti detur adiecie unum tantum judicium scientificum, nempe de probabilitate licentiae, semper urget argumentum, quod licentia sit dubia; nam optimè cohæret, quod sit certò probabilis licentia rei, quin res sit in se licita.

N.
58.

Verum neutrum urget. Non primum, quia, ut quis prudenter operetur, necesse non est, ut judicet rem esse in se licitam; sed satis est, ut judicet, etiè certò probabile, quod res in se sit licita: ergo licet intellectus sit dubius de licentia rei, & de veritate opinionis, ut fuit in se, non tamen est dubius de certa similitudine veritatis opinionis, & de

certa similitudine honestatis actionis. Cum ergo intellectus non sit reflexe dubius, etiè sit directè dubius, prout dubium dicit suspensionem omnis alienus directi, potest voluntas regulari ad suam volitionem a judicio reflexo scientifico de certa verosimilitudine veritatis in opinione, & de certa verosimilitudine honestatis in operatione.

Non secundum, tunc quia sive adhuc unum tantum judicium scientificum de probabilitate licentiae, sive adhuc etiam alterum de probabilitate non licentiae, etiè licentia, ut est in se, maneat dubia, attamen non maneat dubius certa verosimilitudo licentiae; ad hoc autem ut quis rectè operetur, satis est certa verosimilitudo licentiae: tunc quia solum prorsus est, quod probabilitas non licentiae elidit probabilitatem licentiae; nam una probabilitas non elidit aliam, quia, ut fuit dixi, probabilitas a sola certitudine, & evidentiā oppositi eliditur. Denum quoniam conscientia non maneat dubia, cum utroque judicio reflexo de probabilitate licentiae, & non licentiae, ostendi disp. 13. n. 24.

§. II.

Reliqua.

SUMMARIUM.

Argunt, quia cum judicio scientifico de probabilitate licentiae stare potest directum de non licentia, n. 60.

Dico ad summum sequit, quod non erit iustissimum operari sub judicio reflexo de probabilitate licentiae, unio cum directo de non licentiae; non vero divisio ab hoc, n. 62. 63.

Argunt, quia voluntas erit simul licita, & illa ex utroque judicio reflexo, uno de probabilitate licentiae, alio non licentiae, n. 65.

Dico, quid scientificum de probabilitate non licentiae sò habere speculative, & non amere, n. 66.

Cur? Ibid. & n. 67.

Argunt, quia sas erit sequi modo problem de valore, modo de non valore matrimonii, n. 68.

Cur eti liceat sequi quamlibet certò prehendere pro libito, non tamen liceat pro libito mutare opinionem? n. 70.

Partes matrimonij non tenet, quia opinio de valore est speculativa, n. 71.

Si occurrit inconveniens in mutatione opinionis, non licet mutare, sepe autem occurrit; immo animus eludendi legem, n. 72.

Cur non sit probabile me peccare; immo si certum me non peccare, dum pono actionem sub judicio certò probabili, sum de licentia, sum de non licentia? n. 73.

Arguit

Arguit M. Gonetus, quia si certa probabilitas est satis, nullas ex conscientia dubia peccaret, n. 74.

Dico peccare, quoties non deponit, n. 75.

Arguit P. Eliz. quia vetatur operari sub hoc regulâ: Est probabile: Tueri quis potest, n. 76.

Fateor ita esse, & merito: at hoc nos non dicimus, quin certam petitionis probabilitatem, seu talem, ut sit, tam Patronis, qnam Contrariis eadem opinio probabilis, n. 77.

N. 60. **O** Bjicies 4. Cum hoc judicio scientifico, Certo probabile est rem esse licitam, stat, vel falso, itare potest judicum, quod res in se non sit licita: ergo judicum illud scientificum de probabilitate licentiae nihil prodeat, nisi simul adsit judicum directum de veritate licentiae.

N. 61. Sed contra 1. quia instatur evidenter in ipso judicio directo subjectivè probabiliori, aut moraliter certo de licentia; nam eo stat, adhuc potest esse verum, quod res in se non sit licita: ergo licitum non erit operari sub eo judicio moraliter certo de veritate licentiae.

N. 62. Contra 2. quia fatcor, quod cum judicio scientifico de probabilitate licentiae statre possit non tantum aliud scientificum de probabilitate non licentiae, quin stare possit, quod sit verum, rem non esse licitam, nam certa probabilitas, aut probabiliors, aut certitudo moralis non connectitur essentialiter cum veritate rei ut est in se: immo fatcor, quod stare possit judicum directum subjective probabilem de non licentia rei; atamen ex hoc non sequitur, quod non erit licitum operari, vel sub solo judicio reflexo de certa probabilitate veritatis licentiae; vel sub utroque, uno de probabilitate licentiae, altero de probabilitate non licentiae, suspeso omni directo, tum de veritate licentiae, tum de veritate non licentiae.

N. 63. Ratio est: quia ad hoc ut operer, non est necesse, ut probavi, quod vere judicem rem esse licitam in re; sed fuis, ut reflexe judicem esse certo verisimile rem esse in re licitam; per hoc autem, quod adsit certum etiam de probabilitate non licentiae judicium, non sit, ut non adsit evidens de certa probabilitate licentiae judicium: non enim judicum de certa probabilitate non licentiae excludit alterum de certa probabilitate licentiae; cum ea judicia reflexa sint ambo affirmativa de modo, et si unum sit negativum de dicto; judicia autem modalia, ut bona Logica docet, non opponuntur inter se, nisi si negatio cadat supra modum, quem aliud

judicium modale affirmat.

Addo torum hoc instari, nam adhuc stan- te judicio directo, et si subjectivè probabi- 64. liori, de licentia, non tantum potest esse ve- rum, quod res affirmata probabilem licita, non sit licita in re, sed etiam stare potest utrumque judicum reflexum, unum cer- tum de probabilitate licentiae; aliud cer- tum de probabilitate, et si minori, non licen- tiae; ergo licitum non erit operari sub eo ju- dicio directo, et si subjectivè probabiliore de veritate licentiae.

Objicies 5. Si quia datur judicum scien- tificum de probabilitate veritatis licentiae, 65. volitio rei evadit licita, sequitur, quod quia datur etiam judicum scientificum de proba- bilitate veritatis non licentiae, eadem voli- tio rei evadet illiteita.

N. 66. Nego sequelam; tum quia, ut dixi, judi- cium scientificum de probabilitate veritatis non licentiae se habet merè speculativè in mente, nec dirigit ad volitionem rei, ut cer- to probabilius licita, quin implicat, ut hanc volitionem regulet; nam voluntas cognos- cens certam probabilitatem tum licentiae, tum non licentiae, stat in possestione fuę li- bertatis, ut eligat operari, vel sub judicio certo de probabilitate veritatis licentiae, vel sub certo de probabilitate non veritatis li- centiae: (seu, quod idem est in presen- ti, sub judicio certo de probabilitate ve- ritatis non licentiae) ergo si eligat operari sub judicio certo de probabilitate veritatis licentiae, non potest ea volitio non esse ho- nesta.

Quod autem judicum illud de probabili- 67. tate non licentiae se habeat merè speculati- vè, & quasi mortuo modo, patet: tum quia voluntas illud prudenter contemnit; non enim habet legem verantem operari præsen- te judicio de probabilitate licentiae, & de probabilitate non licentiae; sed tantum ha- bit legem verantem operari, si desit judi- cium de probabilitate licentiae, non autem si adsit utrumque: tum quia, nulla lex nisi sit manifesta, obligat voluntatem; sed quoties adsit utrumque judicum scientificum de probabilitate licentiae, & non licentiae, lex ve- tans non est clara; immo æquè, aut falso, si non æquè, certo tamen probabile est non dari legem: ergo in eo casu non vetatur vo- luntati operatio.

Objicies 6. Si licet operari ex solo judicio 68. reflexo de certa probabilitate honestatis, se- quitur, quod licet cuique mutare pro li- bito opinionem, hoc autem non potest non esse scandalosum: nam fas erit marito petere debitum ab uxore, sequendo opinionem proba-

D I S P V T . XXV.

344

probabilem de valore matrimonii ; & fas erit illud negare , sequendo aliam probabilem de non valore matrimonii , adeoque nubere alteri.

N. 69. Sed contra ; quia haec objectio non impedit judicium reflexum , sed utrum licitum opinionis minus , certò tamen practicè probabile ; eaque à nobis alibi soluta ; immo , ut *sibidem* notavi , solvenda ab Adversariis obligantibus ad probabilem ; adeoque si homine marito opinio de valore matrimonii videatur probabilior , licebit ei petere debitum ; si cras opinio opposita stans pro non valore videatur probabilior , licebit ei negare debitum , adeoque alteri nubere.

N. 70. In formâ dico , esse quidem in nostrâ libertate inter certò probabiles eligere quam volumus ; non tamen esse in nostrâ potestate facere probabilem , quia talis non est ; aut fingere judicium scientificum de probabilitate , ubi non est : et si autem assereramus licitum esse voluntati eligere quamlibet inter certò probabiles ; non tamen inde infertur , quod licebit pro libito mutare opinionem ; quia haec mutatio orihi potest , vel à fraude , vel à lucro , vel ab alio inconvenienti ; immo ab ipsâ materiâ , & esse occasio scandalis , quæ & similia motiva impedit mutationem opinionis. Lege Mastrum in Theolog.

Mastr. Mor. *disp. 1. n. 65.* & Bordonum in Everisio Fundamentorum *n. 112.* qui ait falsum supponi in casu matrimonii ; si enim deposito dubio petat debitum , ita firmat suam opinionem , ut ab ea recedere non possit , ducendo aliam uxorem , nam prima summam inferret injuriam.

N. 71. Addo matrimonii paritatem non esse ad rem ; tum quia in materiâ Sacramentorum tenemur vel ad tuiorem , vel ad probabilitatem : ergo si opinio mutaretur , vel mutaretur in aliam probabilem ; & sic Probabiliorista tenebuntur solvere argumentum vel in minus , aut æquè probabilem ; tunc autem non licet : tum quia nobis sermo est de usu lito opinionis certò probabilem *prædictice* ; opinio autem de valore matrimonii est speculativa ; ergo non est ad rem.

N. 72. Rursus addo ex Mynez *1. p. pag. 149.* concedendo , quod circa idem objectum possimus pro libito nunc hanc , nunc oppositam sequi ; dummodo quælibet sit certo practicè probabilis , & non occurrat inconvenientis ; nam per solam variationem sepe posset eludi lex ; quod est prorsus illicitum : cum enim Superior habeat jus certum , ut lex servetur , censendus est obligare , ne utamur eâ variatione , quâ lex certa reddatur inutilis. Hinc si duo horologia uno horo quadrante inter

se distent , & Sacerdos ultima sonant se conformans differat recitare Vespere , non potest deinde se conformare priori horologo , auditâ duodecimâ , & putare se non tenet ad illas recitandas , cùm hoc cedat in favorem legis. Idem similibus calibus applicandum. Quare vix video , quod isdem servatis proutus circumstantis licita sit variatio opinionis , quin adit animus eludendi legem , aut aliud inconveniens , vel damnum proximi.

Dices : Si est certo probabile me non peccare ob unum judicium scientificum de probabilitate non peccati , est etiam certo probabile me peccare ob aliud judicium scientificum de probabilitate peccati. Nego antecedens ob dicta *totâ hâc sentiâ*. Addo non esse probabile me peccare , quia esse certum me non peccare sequendo certo probabile de non peccare ; quia mihi est certum , nullam dari legem vetantem sequi judicium , sive directum , sive reflexum certo probabile de non peccato. Quare qui habet ea duo judicia , *Certo probabile est picturam licere* , *Certo probabile est eam non licere* , ut operetur , formare debet judicium reflexum de non peccato in sequendo judicium scientificum de certa probabilitate licentia picture. Immo si hoc tantum habeat , aliud tempore subintelligatur.

Objicies 7. ex Gonet. *tom. 3. in Tract. de N. Probabilit. n. 42.* Si sola probabilitas refert cognita in aliquâ opinione certificat conscientiam de honestate operationis , nullus umquam ex conscientia dubia peccare ; nam semper habet principium ipsam certificans de honestate sue operationis , nimis hoc : *Sequens quamcumque sententiam probabilem de honestate , & restituendis suis operationibus est securus.*

Respond. toties quem peccaturum ex N. conscientia dubia , quoties dubium non deponat , quod si semper deponat , semper linea conscientia dubia operabitur , & numquam peccabit. At quod semper deponat , et prorsus falsum , etiâ forte posset , quousque opinio est certò probabilis. Sicut ergo , juxta Gonet. nemo sequens probabilem peccat ; M. & potest tamen eam non sequi , & tunc peccata resita nemo deponens conscientiam dubiam , & nixus allato principio peccat ; potest tamen eam non deponere , & non assumere ullud principium , quo non astumpto , peccabit , si operetur.

Objicies 8. ex P. Elizalde. *lib. 6. q. 8. re. N. tari nobis , ne in delectu opinionum utamur 76.* hâc regulâ : *Eft probabile , tñri quis poset , p. illi Autore non caret* ; ergo non satis est judicium de probabilitate.

Respond. jure merito cum modum rejecit ; *qui*

quia vix aliqua est opinio, qua non sit alii-
cui probabilis, immo probabilius, aut mo-
raliter certa, (juxta axioma, Nulla fœditas
sine Patrono) & sic omnia sequi possemus.
At hoc nos non dicimus, quin volumus evi-
denter esse debere probabilitatem opinio-
nis, juxta quam quis operari velit: eviden-
tia autem probabilitatis importat, ut opinio
non tantum sit probabilis suis Patronis, sed
etiam Adversariis. Lege qua dedi *disp. 15. n.*
186. ubi etiam dixi, cur, et si non licet
operari cum judicio reflexo de probabilitate,
stante simul cum directo de falsitate opinio-
nis, adhuc tamen licitum sit cum solo re-
flexo operari, sceluso omni directo.

S E C T I O III.

Argumenta P. Doctoris Thyrif.

§. I.

Aliqua.

S U M M A R I U M.

*Arguit, quia judicium reflexum non est regula
formalis applicans objectivam, n. 78.*
*Insto in judicio directo subjectivè probabilius,
quod est etiam indifferens, ut sit falsum, n. 79.*
*Judicium reflexum, et si nullam Dei legem di-
rectam applicet, applicat reflexam permitten-
tem operari sub judicio reflexo, n. 80.*

Ratio, n. 81.

Ejus contradicito, n. 82. 83.

*Arguit, quia hoc principium: Nemo potest li-
cere se qui minus tutam contra legem, quin
prius judicet esse veram: defenditur ab om-
nibus, n. 86.*

A P. Espanza, & Adriano, n. 87.

A P. Terillo, n. 88.

*A Navarro, P. Junio, P. Scildere, P. Suarez
& aliis, n. 89. 90. 91. 92. 93.*

*Nullus Antiquus hanc questionem ex profeso
agit: immo nostram sententiam plerique sup-
ponunt, n. 94.*

*Difficultas agitata est de necessitate judicis refle-
xi evidenti, aut certi de licito nra equi, aut
minus probabilius; non vero, an satis sit reflexum
de certa probabilitate; aut probabilitate
suspicio directo, n. 95.*

*Nullus est Theologus, qui sepe non resolvat que-
stiones directas pure reflexe; immo ipsius Ad-
versarij, ibid.*

Nullus citatus consentit cum P. Thyrso, n. 96.
Ostendo, ibid.

*Quin repugnat, ut quis sibi probabiliorem judi-
cet firmiter veram, ibid.*

P. Suarez aperie sentit oppositum, n. 97. 98.
Idem dico de P. Scildere, n. 99.

Idem de P. Valent. Adriano, P. Terillo, n. 100.

101.

*Alius est, quod DD. requirant judicium certò
verum de non peccato, ne quis peccet, quod
verum est; alius, quid hoc debeat esse direc-
tum, quod falsum est; n. 102.*

*Immo implicat, ut probabilis directum sit cer-
tum, n. 103. 104.*

A Rguit 1. *disert. 7. à n. 51.* Illicitum est N.
operari sine bona fide; ergo sine judi- 78.
cio directo. Consequentia probatur; quia P. Thyr.
judicium reflexum certum de probabilitate
non est regula formalis applicans objecti-
vam, qua est lex Dei; nam per hoc quod
judico, certò probabile esse contractum li-
cere, non applico legem Dei de licentiā con-
tractus, quia omne certò probabile est indif-
ferens ad legem de licentiā, & de non licen-
tiā contractus; quomodo verò quid indiffe-
rens potest esse regula formalis, aut bona fi-
des?

Respond. concēsio antecedenti, negando N.
consequentiam; quia ipsum judicium evi- 79.
dens de probabilitate licentiæ contractus est
bona fides. Ad probationem dico prius, to-
tum hoc ab eo solvendum, nam initio in ju-
dicio directo subjectivè probabilius, quo
quis affirmat, *Contractus licet*, hoc enim est
prosperum incertum de veritate licentiæ; nec
est necessario connexum cum veritate objec-
ti à se enuntiati; nam ex judicis directis
subjectivè probabiliibus inter se contradic-
tibus tot sunt falsa, quot vera; ergo per
hoc, quod judicium illud directum subjec-
tive existens sit probabilius, non sequitur
esse verum: ergo potest esse falsum, quod
contra dictum licet, et si probabilius asteratur
licitus: ergo cum judicium subjectivè exi-
stens, et si probabilius, sit indifferens ad ve-
rum, & falsum, ut sunt in re, non poterit
esse regula formalis applicans legem Dei de
licentiā.

Deinde dico, quod judicium reflexum N.
certum de objectivā probabilitate licentiæ 80;
contractus applicet legem Dei reflexam per-
mittentem omne, quod est evidenter objec-
tive probabile practice. Quod si ab Adver-
sario hæc voluntas permisiva in Deo nege-
tur, probet nobis dari in Deo legem vetera-
tem contractum, quem reflexè judico evi-
denter, esse probabilius licetum. Quamvis
ergo illud judicium reflexum evidēs de pro-
babilitate licentiæ nullam legem Dei direc-
tum applicet; & ex hoc titulo dici possit in-
differens, quia cum lege nullā Dei directā
volente, aut permittente contractum unitur;
attamen applicat legem Dei, quam voco re-
flexam;

flexam; & non est indifferens applicare hanc legem Dci reflexam permittentem libertati humanae omnem contractum, quem vir prudens evidenter judicat esse objectivè probabilitate licitum, iuspenso omni judicio directo, tam de licentia, quam de non licentia contractus, ut est in re. Sanè si judicium directum subjectivè probabilius, quod toties potest esse falso, quies verum, cùm inter judicia probabiliora contradictoria tot sint falsa in re, quot vera in re, est regula formalis excusans à peccato; multò magis solum judicium reflexum evidens de objectivè probabilitate, aut probabilitate erit etiam recta regula, & Divini luminis participatio.

N.
81. Ratio à priori est, quia tota perfectio, quam haurit judicium subjective probabilitus, haurit à suo motivo, ieu à præpondentia motivi: si ergo tale motivum, ob quod licentia affirmatur, dat judicio subjectivè probabiliori esse regulam formalem; cur idem motivum præponderans affirmatum evidenter per judicium reflexum evidens de suā perfectione permettere non poterit huic judicio reflexo rationem regulæ? Idem, paucis mutatis, dico de judicio reflexo evidenti de minori, certa tamen probabilitate objectivā. Si enim, juxta Probabilistas, judicium directum subjectivè existens, minus, certò tamen probabile, potest esse regula formalis; cur non etiam judicium reflexum evidens de eā minori, certa tamen objectivā probabilitate licentia, poterit esse regula formalis?

N.
82. Addo P. D. Thyrsum sibimet contradicere; nam *tom. 3. Select. dis. 36.* agens de P. Thyr. moribundo, qui nullum doloris signum dedit, eti neget esse absolvendum, atiamen ob DD. autoritatem docet, quod in dubio illo negativo posse abolvī, & ideo *n. 56.* ait: Prima opinio speculativa exigua habet probabilitatem: ceterum hæc exigua probabilitas sufficiens fundamentum est, ut quis judicet se posse licet impendere abolitionem tali moribundo sub conditione, ac proinde hæc opinio practicè probabilitatem habet. Hæc P. D. Thyrus.

N.
83. Ecce 1. qui negaverat deponi posse practicè probabilem, & licitum sequi oppositionem, modo docet eam deponi posse, & hanc asumi. Ecce 2. qui negaverat licitum operari sine judicio directo probabilem, & licet asumi directum minus probabile, concedit modo utrumque, nempe, quod Confessor tunc judicet veram opinionem minus probabilem de licet abolitione moribundi, qui nullum doloris signum dedit; vel si

Confessor hoc judicium de ejus opinione veritate suspendat, concedit, quod licet cum moribundum absolvere posse, dummodo judicet probabilem opinionem hoc affirmantem. Ecce 3. abolutè concedit, licet eum moribundum abolvī, eti judicet opinionem affirmantem esse minus probabilem: ergo si absolutio licet impenditur ei moribundo, formato judicio reflexo de probabilitate opinionis hoc affirmantis; (immo cum judicio directo de falsitate opinionis hoc affirmantis, nam dixerat eam esse parum probabilem, & negandam abolitionem) quantò magis omnis alia operatio licet erit, si sequatur ad judicium certum de probabilitate veritatis opinionis, & honestatis operatio-

N.
84. Hinc præter dicta à nobis, allata ex *Sele. N. etis P. Thyr.* doctrina non cohæret cum *84.* illa, quam hic tradit *dis. 1. num. 36.* ubi, p. 7. quod minus tuta apparere debet clare, & sensibiliter verosimilior operanti, quam opposita; atque hæc de causa judicetur ab ipso vera, judicio absoluto, & determinato, quod licet non sit moraliter certum, nec quantum formidinem excludat, hæc tamen exigua tantum sit, quæ per reflexionem posse prudenter tamquam ferulam expelli. Subdicit: Propter hoc firmiter judicavi opinionem minus tutam, eti certo probabilem, aliam tantum posse, ut regulam secundariam licet operandi ab iis, qui eam approbat ut veram; non autem ab his, qui illam reprobant, aut reprobare possunt, ut falsam. Similiter subdit, sibi certum esse, non satis esse ad conscientiæ securitatem judicium reflexum de probabilitate opinionis alienæ minus tutæ, eti moraliter certum, nisi simul adiungit judicium saltem opinativum inculpatum conceptum ab operante, de veritate opinionis minus tutæ. Hæc P. D. Thyrus.

Combinet Lector hæc cum illis, quæ N. tuli ex *Sele. 85.* & videbit, quod in *Sele. 85.* dicat, latius esse ad dandam abolitionem judicium reflexum de probabilitate veritatis opinionis tenuis licitum esse cum moribundum absolvere: hic autem docet necessarium simpliciter esse judicium directum de veritate, ut quis opinionem aliquam sequatur. Combinet secundò, quod hoc dicit hinc certum esse, cùm tamen in *Sele. 85.* tenuis oppositum. Combinet tertio, quo jure dici posse, quod judicium, eti probabile, sit absolutum, & determinatum de veritate, cùm quilibet sciatis, eo ipso quod alii judicent, oppositam ut probabilem, sequi posse, quod judicium mihi probabile, sit falso, ac mihi falsum est judicium alii probabi-

lias; non enim per hoc, quod judicium illud sit meum, sit verum. Combinet quartu, quomodo judicium opinativum, eti inculpate conceptum, possit esse absolutum, & determinatum de veritate, cum omne judicium opinativum sit de veritate incertum. Combinet quintu, qualiter per reflexionem formido falsitatis de meo judicio mihi probabiliori expelli possit tamquam scrupulus: quia enim ratione scrupulus vocetur ea formido, quia oritur ex evidentiâ, quod inter judicia probabiliora, eti una uni, alia alteri, inicem contradictient, tot sint falsa, quod vera? Ut ergo judico esse mihi faltum judicium alias probabilius; cur faltem, si non judico meum mihi probabilius esse faltum, cur, inquam, non possum prudenter formidare de falsitate mei judicij mihi probabilioris? Omitto alia.

N. Arguit 2. *disp. 8. à n. 13.* quod hoc principium, *Nemo potest licet sequi minus tutam contra legem, quin prius judicet esse veram*; hoc, inquit, principium defendatur à ferre omnibus T T etiam Probabilistis tamquam verisimilium.

N. Primo enim P. Esparza *art. 140.* ait: Nemo potest uti opinione, quam non habet; unde ut quis utatur opinione afferente aliquid esse licitum, eamque in praxi sequatur, debet prius illam facere suam per assensum: & *art. 143. & 186.* idem P. Elparz. *Adrian.* cenit esse ab Adriano planè demonstratum, quod ut quis sequatur minus tutam, non satis sit judicium reflexum probabilitatis quantacumque, quia voluntas appetit objectum secundum se, non ut præcise determinatum ab alienâ cognitione præsertim falsa; & actus voluntatis specificantur ab objecto, non ut proposito per cognitionem alienam, sed per propriam, eamdemque directam, non reflexam, *qua nisi patet objectum esse licitum*, ait P. Thyrius *n. 14. nullâ reflexione excusabitur operans.*

N. Secundo citat P. Terillu *qu. 22. de Consc. n. 1.* qui ait P. Thyrius *d. 14.* statuit tamquam primum principium, quod ut quis recte operetur, non satis sit, quod quis sciat sententiam benignam esse probabilem, aut probabiliorē oppofitā; nam, stante toto illo, (ait P. Terillu) *poteſt omne abſolutum de rei veritate judicium ſuſpendi, & homo dubitare potest, an res ſit licita, necne. Jam ſiquis in tali dubio ſeſtetur minus tutam, indubitanter peccabit, non obſtantē maiori probabilitate partis, quam ſequitur: ut ergo excuſetur, debet formare rejudicium, quo absolute credat opus illud eſſe licitum.*

N. Tertiū citat Navarrum in *Manuali cap.*

27. *Miscell. 6. quæ opinio eligenda n. 228.* dicentem: *Judex, Consulter, aut Agens, qui in re dubia judicaturus, consultaturus, aut facturus est aliquid, antequam id faciat, debet, ut non peccet, expellere ex animo illum dubietatem, & credere, aut certe opinari, opinionem dicto modo electam eſſe veram.*

Quarto citat P. Junium Tom. de *Conſc. N. ſect. 3.* dicentem, ad recte operandum non 90: fatis eſſe, ut quis ſciat dari talem opinionem *P. Jun.* probabilem, quod res ſit licita; ſed requiri, ut talem habeat opinionem.

Quinto citat P. Scildere, qui *tom. 2. à n. N.*

25. latifinē hoc probat; & præter adductos, 91. ait P. Thyrius, quod P. Terillus *qu. 22. n. P. Thy.* 40. fatatur itare pro hac ſententiâ omnes *P. Scild.* Antiquos T T. quia illi ad uſum partis mihi nū tutæ exigeant, tum quod eſſet probabilior, tum quod judicaretur vera.

Sexto citat P. Suar. *disp. 40. de Censuris N. ſect. 5. n. 12.* volentem, quod ad dubium ſpeculativum ſequatur practicum, quod non *P. Suar.* tollitur, niſi prius auferatur dubium ſpecu. *P. Thy.* lativum: ſed dubium ſpeculativum, ait P. Thyrius, non auferatur, niſi per judicium direcū: ergo ſemper requiritur judicium direcū. Rurſus idem P. Suar. *lib. 6. de Legibus cap. 8. n. 6.* docet, quod ſubditus probabiliter judicans cōtra opinionem *P. Suar.* rem præceptam eſſe illicitam, debeat ſuum judicium deponere, & formare judicium oppofitum, & eſſe communem doctrinam, & in praxi necessariam.

Demum citat P. Valen. *tom. 2. disp. 5. pun. N. 4. 8.* Altero modo, P. Palao *disp. 4. de Conſc. 93. cap. 2. n. 4.* P. Sanch. *lib. 1. Sum. cap. 9. n. 40.* P. Val. P. Bardi *disp. 4. cap. 27. n. 40.* (etli P. Sanch. P. Palao & P. Bardi ſuſtineant etiam oppofitum) P. Sanch. Junium *l.c. cap. 2.* quem ait recitare innumeris, & n. 12. ſubdere: Ergo non alii mihi P. Thy. contradicunt, quam qui vel adverſantur libi, vel censent licere etiam poſitivē ſequi alienam opinionem contra propriam practicam perfeverantem: illi autem ſunt paucissimi, quibus pro me oppono reliquos omnes. *Hec P. Junius:* & hec quoque ex citatis DD. ad eruditionem P. Thyrius.

Sed contra 1. quia ostendat mihi P. Thyrius vel unum Doctorem, qui ex protelio 94. hanc difficultatem tractaverit: An ſatis sit P. Thy. judicium reflexum evidens de probabilitate, aut probabilioritate veritatis opinionis, & honestatis actionis, luſpento proſrus omni judicio directo de opinionis veritate, & operationis honestate, ut recte operemur. Sane P. Eliz. nullum dabit, nam non niſi P. Eliz. P. Mu. *P. Mun.* Palanc. P. Thyrius, & Fogarinus ex Fogar. plurimis,

plurimis, quos evolvi, difficultatem hanc ex profecto discutunt, & negant. Reliqui autem Doctores contrarium potius supponunt ut verum, quam probent; immo adeo verum supponunt, ut non tantum hoc ipsum in dubium vocent, & nullum de eo dubium moveant, quin, ut fuse *disp. 22. per rotam*, vagando per omnes Scholas, & Ordines, & classes, & nationes, ostendi, quod saepissime resolvant questiones per solam probabilitatem, aut probabilitatem, vel honestatis, si questio sit practica; vel veritatis tantum, si questio sit pure speculativa.

N. Difficultas, quam agitant, est, an necessitate sit, ut judicium directum subjectivè existens sit probabilius, an satis quodlibet certò probabile prætrice. Rursus est, an præter tale judicium directum, necessarium sit aliud reflexum rerum de licentia sequendi probabilius, aut quodlibet certò probabile. Cum enim nulli directo judicio, et si probabiliori, subjectivè existenti, insit certitudo veritatis opinionis, & honestatis actionis, hinc recurrent ad certitudinem judicij reflexi de lito uero opinionis probabilis, aut probabilioris, prout quisque judicat; quod judicium reflexum volunt esse ultimum, & proximum conscientia dictamen. An vero satis sit folum judicium certum reflexum de probabilitate, aut probabilioritate objectivæ veritatis opinionis, & honestatis actionis, suspicio omni prorsus judicio directo subjectivè probabili, aut probabiliori? Nullus ex professo ex Antiquis hoc dicunt: inquit, ut dixi, adeo indubitate supponunt, quod sufficiat, quod vix ullus sit Doctor, qui aliquando non resolvat quæstiones per solam probabilitatem, aut probabilioritatem objectivam, sive veritatem, sive honestatem, suspicio omni directo subjectivè probabili, aut probabiliori: & quod caput est, iudicium Probabiliorum, qui modo negant satis se solo esse judicium reflexum certum de probabilioritate sine directo, inquit, inquam, suum oblitus, sepiissimum ad solum reflexum de probabilioritate objectivæ appellant, suspicio omni directo, ut ostendi de Card. Aguirre, de P. Thyrso, de P. Munief. & aliis. Et quotquot sive Probabiliorum, sive Probabiliorum (sunt autem omnes, excepto Fagnano) docent, licet Confessario absolvere poenitentem sequentem oppositam, velint, nolint, hoc dicere debent, ut late probavi *disp. 23. sect. 4.*

N. Contra 2. quia tantum abeat, ut aliquis
96. ex citatis a P. Thyrl. Theologis cum eo con-
veniat, quin convenire non potest. Nam P.
Thyrlus vult quod operans teneat, ante-
quam operetur, directe assentiri ipsi opinio-

ni tamquam vera, & quidem judicio firmo, fixo, & determinato: alii autem omnes hoc negant; immo aperte docent repugnare, ut judicium, etsi probabilius, sit firmum de veritate, quin est proflus incertum illa, & ideo, ut certitudinem habent de non peccato in tali opere, recurrunt ad judicium reflexum, quod censent certum, de hinc uti opinione certo probabilis, aut probabilioris, illudque putant necesarium, anequum quis operetur. Accedit, tum quod omnes DD. citati affirment similitatem certa probabilitatis, æqualis, aut inaequalis, respectu ejusdem intellectus, in utraque opinione contradictoriæ, cum hoc autem minime sit, ut quis opinione fibi probabiliorum judicet firmiter veram, cum videat motiva opposita esse magni momenti: tum quod omnes scient, quod ex opinionibus probabilioribus contradicentibus, tot sint falsi, quod veræ: quo ergo jure poterit quis judicare firmiter veram, opinionem fibi probabiliorum; & poterit non formidare prudenter de falsitate ejusdem, sicut judicat opinionem oppositam alii probabilorem esse fallitum. Sancti omnes DD. citati non adeo eximere de propriis opinionibus, nec adco demissæ de oppositis sentiebant, ut suas firmiter veras, alienas firmiter falsas censerent; quin falso prudenter timebant falsitatem in propriis opinionibus: non enim firmiter credebant se semper verum, & oppositos DD. temper falso dicere; se numquam errare, oppositos semper aberrare.

Contra 3. quia descendendo singulatim ad N. pricipios ex DD. citatis, (otio sum enim cl. 9⁷,
sunt omnes revolvare) P. Suar. aperitissime su-
flinet oppositum, ut multipliciter ostendi
disp. 23. sect. 1. & 2. & disp. 24. sect. 1. & 2.
immò in ejus sapientia fundavimus, quid-
quid docuimus; & ipsis eximis Doctòr om-
nem prudentiæ apicem refudit in suspen-
sionem judicii directè, eti probabilioris.
Addo quod *Tomo de Censuris*, quem P. Thy-
rus allegat, idem P. Suar. relatù dupli-
citat, non frām sequitur assicurando con-
scientiam speculative directè dubiam deur-
regularitate per purum dictamen reflexum
de non existentiā legis, suspenso omni pro-
fus directe de existentiā, & non existentiā
irregularitatis. Idem expressius adhuc con-
stat ex *Tomo de Legibus* l. c. ubi queat, an
cùm Superior conveniri non potest, licet ut
epicheia ex probabili judicio: & n. 6. respon-
det: Cenfco sententiam Caicitani, & Scori-
elle practicè certam, ut quando Superior
conveniri non potest, licet ex probabili
sententiā, aut judicio epicheia uti; quod
fus

fusē probat: ergo P. Suar. evidenter opponit P. Thyro.

N. 98. — Accedit, quod cū P. Suar. affirmet lictum usum minūs probabilis, & simul neget intellectum posse direcētē assentiri minūs probabili, eo ipso dicere non potest, quid judicium directum de opinionis veritate sit temper necessarium, ut lictē operer; nam, juxta P. Suar. implicat judicium directum de veritate minūs probabilis: ergo ut quis

licitē sequatur minūs probabilem, fatis est, juxta P. Suar. judicium reflexum de licto usu minūs tutam minūs probabilis, suspenso omni directo: ergo etiam fatis est solum reflexum certum de objectivā probabilitate veritatis opinionis, suspenso omni directo.

P. Bardi. Idem dico de P. Bardi, qui quoque negat intellectum posse physice assentiri minūs probabili; & simul tuerit lictū usum illius.

N. 99. P. Scild. De P. Scildere est prorsus exploratum, (quamvis Probabiliorista sit) cum expressē docere, quid ad operandum fatis sit solum

judicium certum reflexum de objectivā probabilitate veritatis opinionis, suspenso omni directo de veritate. Ejus formalia verba ex tr. 1. n. 9. & ex tr. 2. n. 14. pag. 70.

suprā dedit disp. 22. n. 152. ait enim, quid ut actus sit probabiliter honestus, fatis est, quid

judicetur esse talis, aut saltem, ut homo considerans reflexū censeat posse se rectē judicare,

quid tale objectum (eu honestas) existat. Quod

P. Thy. verò P. D. Thyrius dicat, quid P. Scild. ei-

ter plures pro puncē, de quo modo disputamus, an fatis sit solum judicium reflexum de objectivā probabilitate, aut probabilitate opinionis, suspenso omni directo, vide-

tur gratis dictum: quos enim P. Scildere tr.

2. n. 25. trahit, unicē docent, quid cūm ju-

dicio directo proprio de faltitate opinionis aliena, non liceat illam sequi; hoc autem

est toto Cælo diversum à puncē præsenti.

N. 100. P. Val. P. Sanch. P. Palao dico, certum esse, quid nostram doceant senten-

P. Val. tiā, eorumque formalia verba dedi disp. 22. P. Sanc. scit. 4. §. 1. ibid. legenda. Immō disp. 21. scit.

P. Pal. 1. §. 1. ostendi Adrianum nostram senten-

Adrian. P. T. T. ciā docuisse, quid satis sit judicium de probabilitate; est enim Probabiliorista.

Demum quid P. Terillus distet à nobis, & neget fatis esse solum judicium reflexum de probabilitate, aut probabilitate veritatis, puto non esse verum; nam qu. 22. n. 40. unicē ostendit, quid ut quis sequatur minūs tu-

tam, necesse sit, ut sit directē, aut reflexē probabilitor & hoc docuisse plures Anti-

quos. At hoc non est ad rem præsentem; hic enim queritur, an necesse sit, ut temper ad-

fit judicium directum de veritate opinionis,

Tom. III.

juxta quam quis operatur. Dicere autem, quid necesse sit, ut opinio de licto usu, sive probabilitor, sive minūs probabilis, debeat judicari vera, & probabilitor, non est respondere puncē præsenti. Nam hoc secundum concedi potest, & adhuc negari, quid ne-cessarium semper sit judicium directum de veritate opinionis, ut quis juxta illam operetur: ergo quid trahitur ex P. Terillo non est ad rem præsenti.

Addo esse tole clarius quid P. Terillus N. nobiscum sentiat; tum quia ut certitudinem 101. non peccati tribuat conscientiae operanti P. Teril. juxta minūs tutam magis aut minūs, aut æquæ probabile, appellat ad judicium reflexum de licto usu minūs tutæ, magis, aut minūs, aut æquæ probabilis; quod judicium reflexum supra sententiam asserentem lictum ejus usum, at esse prorsus certum, & omnino necessarium: certum, quia putat certas esse præmissas, ex quibus infertur, ne-cessarium, quia sine eo non habetur conscientia certa de non peccato, dum juxta minūs tutam, eti probabilem, operatur. Ergo si P. Terillus duplex suum volumen de certitudine non peccati sequendo minūs tutam, magis, minūs, aut æquæ probabile, fundat in reflexione hujus sententia sibi certæ,

*Licet minus tutæ, equæ, magis, aut minus probabili, nullatenus dici potest, quid fundet in necessitate judicij directi subjectivæ exi-stantis, eti probabilitor, cū semper sit incertum de non peccato. Quantum ergo di-ctat asserens conscientiam certificari de non peccato per solum judicium directum subje-ctivæ probabilitus de non peccato, à negante conscientiam certificari de non peccato per solum judicium directum subje-ctivæ probabilitus de non peccato; sed unicē certificari à judicio certo reflexo de licto usu minūs tu-tar probabilitis, aut probabilitor, tantum P. Terillus dicit à P. Thyro; nam primum af-firmat P. Thyrius; alterum P. Terillus: er- P. Thy. P. Teril. go P. Terillus discessit prorsus à P. Thyro. Demum accedit Lector ad qu. 30. de Consc. & videbit quid P. Terillus aperte docet oppositum; nam in *Astart.* 2. ait: Semper li-ces operari contra propriam sententiam ha-bitualē, si contraria sententia sit certò pra-cticē probabilis; immō aliquando licet con-tra propriam sententiam actualē, eti illa aliquo modo affirmet objectum, quod eligi-tur, esse in honestum.*

Contra 4. quia duo inter se valde diversa N. confunduntur. Unum est, an ut quis sine 102. peccato operetur, habere debeat certò ve-rum de non peccato judicium? Alterum, an ut quis sine peccato operetur, debeat judi-

Gg care

care directè veram opinionem, juxta quam operatur? Primum affirmamus, alterum negamus: non enim ex primo sequitur secundum. Quando ergo DD. docent, requiri certe verum de non peccato judicium, ne quis peccet, non ideo docent requiri judicium de veritate directà opinionis, juxta quam quis operatur; satis enim est judicium de veritate reflexà; id est, non ideo dicunt, quòd teneatur directè asseriri, tamquam vere, ipsi opinioni, juxta quam operatur, & teneatur directè judicare, ut in le honestum ipsum objectum, & operationem, quam ponit; sed unicè dicunt, necessarium esse aliquid judicium certò verum, vel de non peccato, vel de honestà operatione, ita operando: sed sive adgit hoc judicium directum, eti probabilius, *Licet pictura*, sive adgit hoc reflexum evidens, *Probabilis est licere picturam*, adgit judicium de non peccato, aut de honestate formalí, si non materiali, volitio-nis pictura: ergo per hoc quòd DD. dicant, requiri certum de non peccato judicium, ne peccem; non ideo dicunt, necessarium semper esse, ut adgit judicium directum de non peccato in tali actione.

N. Immò, si res attente consideretur, in nullo judicio directo, eti probabiliori, adgit P. Thyr. nisi arbitraria certitudo de veritate speculativà non peccati, aut honestatis in tali opere: si autem ipsa probabilitas subjectiva non peccati, juxta P. Thyr. satis est, suppon omni judicio reflexo de lito usu probabilius, ut quis sine culpa operetur, longè magis latit erit ipsa sola probabilitas non peccati reflexè evidenter cognita. Quid enim, quæ-
so, facit, quòd ipsa affirmetur directè, aut quòd reflexè? Nam veritas non peccati in tali opere asserita per judicium probabilius subjectivè existens, affirmatur quoque, eti mediate tantum, per judicium reflexum evidens de probabilitate ejus veritatis non peccati.

104. N. Confirmo: quia ut quis licitè pingat die festo, vel necesse est, ut judicet eam opinionem esse certò veram, hoc autem per nullum judicium, eti probabilius, fieri potest; cùm omne probabilius sit ex se indiferens, ut sit falsum: vel hoc necesse non est, sed satis ut probabilius judicet veram? Tunc autem satis quoque erit, ut quis reflexè judicet, esse certò probabilius, quòd sit vera; & suspendat directum de eâ veritate judicium. Etenim sive habeam hoc judicium subjectivè probabilius, *Pictura licet*; sive habeam hoc reflexum objectivè evidens, *Probabilis est*, quòd *pictura liceat*, habeo judicium sufficiens ad honestè operandum. Qui enim ita

discurrit: Licet sequi omnem certò prædicti probabiliorem, aut probabilem; id hoc opinio, *Licet die festo pictura*, est certò prædicti probabilius, aut probabilis; ergo licet sequi hanc opinionem certò prædicti probabiliorem, aut probabilem, *Licet die festo pictura*. Qui, inquit, ita discurrunt, non affirmat in consequenti, quòd licet pingere die festo, qua est veritas directa; sed affirmat reflexè, quòd licet pictura habet certà probabilitatem, quòd sit licita, qua est veritas reflexa. Oltendatur ergo nobis, quòd omnes DD. citati, dum dicunt, necessarium est judicium de veritate opinionis antequam operemur, dicant necessarium esse judicium directum de veritate directi ejus opinionis, nec satis esse reflexum de veritate reflexa, seu de certà probabilitate veritas ejus opinionis.

§. II.

Reliqua.

SUMMARIUM.

Arguit, quòd cùm opinio sit regula applicariam, debet putari vera, n. 105.

Hoc ipso quòd S. Thom. exigit, ut quis formet conscientiam ex proprià scientiâ, nulla autem opinio sit scientia, ideo necesse semper est judicium reflexum de probabilitate, quia hoc ipsum est scientificum, n. 106.

S. Thom. non docet, quòd quis teneatur directè assentiri opinioni, n. 107.

Judicium nostrum reflexum non applicatur Dei directam, sed reflexam, n. 109.

Si per judicium directum incertitatem terminum applicatur Dei lex directa, multo magis per scientificum reflexum lex Dei reflexa, ibid.

Arguit, quòd modus resolvendi, & dirigendi conscientiam per probabilitatem, non per ritatem opinionum opponatur S. Thom. num.

110.

Et quòd S. Thom. numquam teneat unam, præ alia opinione, nisi probet esse veram, n. 111. Et quia opinio probabilis est indifferens ad verum, & falsum, ad peccatum, & non peccatum, n. 112.

Dico, quòd si ex S. Thom. est periculum ferri judicium de opinionibus oppositis, quando obligamur ad directum in incertis judiciorum, n. 113. & 114.

Cùm omne probabilius sit equè subjectum futilati, ac veritati, suspendendum potius in, immò non poterit esse regula secundaria applicans primariam objectivam, p. 115. 116.

117.

Argit.

Argumentum probat evidenter oppositum, num.
118.

Inconsequitudo doctrinae, n. 119.

Si non tenetur semper ad verum, quomodo dicit, solum verum esse regulam? n. 120.

Arguit, quia si satis est certa probabilitas, tollitur studiendi necessitas, & rogandi Denuo, n.

121. 122.

Et quia S. Thom. et si sciret dari DD. proutrahitque opinione in materiam usum, necessarium duxit excutere veritatem. Et expresse negat satis solam probabilitatem, n. 123. 124.

Dico doctos teneri prius querere veritatem, que si deinde maneat occulta, satis est probabilitas, n. 125.

Non qualibet relata à TT. vel Summis est certa probabilitas, ibid.

Lumen petendum à Deo pro certitudine probabilitatis, si veritas est occulta, ibid.

S. Thom. scit contra arguentem, nam dicit admodum utile esse, non vero necessarium, invenire veritatem; in Magistri munus primarium querere veritatem, n. 126.

Textus Divi Thom. de pluralitate beneficiorum firmat nostram doctrinam, n. 128.

Si peccat, qui ponit opus dubitans, an sit contra legem, peccat etiam iuxta me ponens opus dubitans, an sit contra veritatem, adeoque qui sequitur tuitorem minus probabilem, n. 129.

130.

Contradiccio, n. 130.

Non sola probabilitas, sed etiam probabilitas est indifferens ad verum, & falsum, n. 131.

Veritas, non ut in re, sed ut in mente, est regula; eaque autem convenienti opinioni minus probabili, n. 132. 133. 134.

Si licet tuitior minus probabilis, eo ipso veritas non est regula, & eam sequens, est certus sit de non peccato, non tamen de veritate opinionis, ibid.

N. **A**rguit 3. *dissert. 8. n. 18. ex S. Thom.*
105. **A** 2. 2. *qu. 17. art. 2.* qui ait: *Homo in ijs, p. Thyr. que ad propriam personam pertinent, debet formare conscientiam ex propria scientia;* ergo non ex aliena, quatenus aliena: ergo, ut quis ex opinione tuente licitum esse talen contractum, eliceret sibi possit dictamen practicum, quod sibi licet talis contractus, debet opinionem facere suam per assensum. Confirmat ratione à priori; quia nostra opinio est regula secundaria nostrorum actuum, applicans primariam, seu legem Dei; regula autem secundaria catenus est bona, quatenus conformatur primaria; sed non conformatur regula primaria, seu legi aeternae, nisi per veritatem: ergo ut opinio favens libertati, sit regula secundaria, debet judicari ve-

Tom. III.

ra; si enim judicetur falsa, judicabitur opposita regula primaria: ergo ut opinio favens libertati judicetur esse recta regula, debet judicari vera; sed nemo potest eam sequi in praxi, nisi ex perlungione, quod sit recta regula: ergo nemo sequi potest in praxi opinionem faventem libertati, nisi per judicium opinativum, sibi persuadeat esse veram.

Sed contra 1. quia si verba Divi Thom. N. fumantur stricte ut sonant, nemo sequi potest judicium, et si moraliter certum, sub- s. Tho. jectione existens, & multo minus sequi potest judicium directum, et si probabilius, quia nemo formare potest conscientiam, nisi ex propriâ scientia: sed nullum judicium directum, et si probabilius, aut moraliter certum, est scientia, nam potest esse erroneum: ergo nemo formare poterit conscientiam per judicium directum probabilius, aut moraliter certum: econtra: sed omne judicium reflexum scientificum de probabilitate obiectivâ veritatis opinionis, & honestatis actionis est scientia: ergo per omne tale judicium formari poterit conscientia.

Contra 2. quia S. D. unicè vult, quod quis N. teneatur sequi suam conscientiam, dummo- 107. do sit prudens, quod verum est; & non alic- s. Tho. nam, quod etiam verum est: at falsum est, quod, ut quis ex opinione tuente licitum esse talen contractum, eliceret sibi dictamen practicum, debeat etiam opinionem facere suam per assensum directum, seu assentiendo esse veram; satis enim est, ut faciat suam per assensum reflexum, seu ut certo assentiatu- can opinionem esse sibi probabilius, aut probabilius veram; eo enim ipso facit suam, non ut directe veram, nam directum de ejus veritate assentit suspendit; sed facit suam, ut certo probabilius veram, nam judicat ef- se sibi certo probabile, quod sit vera.

Ad confirm. dico nil probare, & siquid N. probat, probat contra arguentem. Nil probat, quia noster casus in presenti est, an talis sit solum judicium reflexum de certa probabilitate, aut probabilitate veritatis opinionis, suspendo omni judicio directo, tum de veritate, tum de falsitate ejusdem opinionis; arguens autem ponit casum, in quo quis directe judicet opinionem illam esse falsam, quam simili reflexe judicat certo probabilem: ergo nil probat contra presentem nostram questionem. Probat contra arguentem, quod nullum judicium directum probabilius, immo moraliter certum de veritate poterit esse recta regula secundaria; quia omne tale judicium tam facile potest esse erroneum, quam verum, cum inter ju-

Gg ij dicia

dicia directa probabiliora contradicentia tot sint falsa, quot vera; sed per nullum judicium erronenum, juxta P. Thyrsum, applicari potest prima regula, sed per solam veritatem: ergo nullum judicium directum creditum probabilius, aut certò moraliter verum, si in re sit falsum, aut quia potest esse falsum, applicare potest primam regulam; ergo nullum tale potest esse recta regula secundaria.

N. Deinde dare volo totam vim argumento; 109. attamen ei facilè occurro dicendo, tum quod nostrum judicium sit prima regula formalis, immò unica; tum quod per tale judicium applicatur regula objectiva primaria, nempe lex Dei, vel directa, vel reflexa; eo autem ipso quod suspenso omni judicio directo de veritate opinionis, cuius veritas logica est semper incerta, formo judicium reflexum de certa probabilitate veritatis logicæ ejus opinionis, eo ipso applico per illud primam regulam objectivam morum, seu legem reflexam Dei permittentis omne, quod est certò probabiliter non vetitum. Addo, quod si per judicium directum erroneum, putatum tamen probabilius verum, applicatur, juxta P. Thyrsum, lex aeterna Dei directa, à quâ tamen in re disformatur, multò magis per judicium scientificum de probabilitate veritatis applicari poterit lex Dei reflexa, à quâ non disformatur: etenim ostendat nobis, quod detur in Deo lex vetans sequi id, quod judico certò probabile, aut probabilius: si non ostendat, eo ipso dabitur in Deo lex illud permittens, cui legi meum judicium reflexum est prorsus conforme.

N. Arguit 5. *dissert.* 9. dicendo, quod modus 110. dirigendi conscientiam, & resolvendi casus P. Thyrsum, per probabilitatem opinionum, præscindendo, an opinio de quâ tractatur, sit vera, vel falsa, sit contra S. Thomam, qui quodlib. 9. qu. 7. art. 15. querens, an habere plures præbendas sine curâ animarum absque dispensatione, sit peccatum mortale, ait: *Dicendum, quod omnis quæstio, in quâ de peccato mortali queritur, nisi expreſſe veritas habeatur, periculose determinatur...* Præcipue autem periculose est, ubi veritas ambigua est; quod in hac quæſtione accidit: *cum enim hec quæſtio ad T. pertineat, in quantum dependet ex jure Di- vino, vel ex jure naturali; & ad Juristas, in quantum dependet ex jure positivo, inveniuntur in ea Theologi Theologis, Juristi & Juristis contra- ria sentire.*

N. Ecce ait P. Thyrsum n. 4. quâm aperte S. 111. Thom. opponatur Probabilis: hi enim dicunt, quod quoties res est ambigua ob contrarias opiniones, licitum cuique sit ex certò

probabilibus sequi, quam inaluerit, quia latit est certa probabilitas, nec necessaria certa veritas: at D. Thom. dicit periculose est S. Thom. determinare in re ambigua, eo quia difficile est scire, in quâ parte contradictionis sit veritas: ergo quorundam ad recte operandum satis esse docent judicium reflexum de probabilitate opinionis, nec necessarium esse directum de veritate opinionis, quam sequor, oponuntur Divo Thom. Hinc D. Thom. numquam tenet unam præ alia sententia, nisi probando eam esse veram, & aliam falsam. Ratio est, inquit P. Thyrsum: quia altera ex contradictionis est falsa: ergo neutra opinio est digna alescere, donec appareat veritas alterutrius.

Confirmat: quia implicat, ut quis ampl. N. Etatur tamquam rectam regulam id, quod 112. cognoscit indifferens, ut ducat in peccatum, P. Thyrsum, vel in opus licitum: sed quoties opinio favens legi est æquæ probabilis, ac favens libertati, opinio favens libertati cognoscit ut indifferens, ut ducat in peccatum, vel in opus licitum: ergo implicat, ut amplectatur per modum rectæ regulæ opinionem faventem libertati. Ratio est: quia nil cognosci potest, ut recta regula morum, nil cognoscatur ut conforme primæ regulæ; sed hoc non habet opinio nisi quatenus vera, non quatenus probabilis; ergo non potest esse recta regula morum, nisi ut vera, non autem ut probabilis.

Sed contra 1. quia textus S. D. non est N. ad rem; nos enim in præsenti querimus, 113. semper necessarium sit judicium de veritate S. Thom. opinionis: de hoc autem S. Thom. nil dicit, sed unicè dicit, periculose est determinare, quæ ex opinioribus contraria probabilibus sit vera. Immò si est ad rem, est contra arguentem: si enim periculose est judicium de veritate in incertis, quoniam P. Thyrsum, Palacio, & ali pauci obligant semper ad formandum hoc periculosem judicium?

Contra 2. quia si D. Thom. sit, periculose determinari quæſtiones de re ambigua, 114. nisi expreſſe veritas habeatur; sequitur, quod S. Thom. nulli licebit quæſtionem incertam resolvere, nisi veritas unius partis expreſſe constet; sed per probabilitatem veritas expreſſe non constat, nam potest uniri falſitati; ergo per illam quæſtio periculose determinatur. Ecce igitur, quod si textus D. Thom. sit ad rem, probat contra arguentem; immo probat semper esse periculose in omni alescere directo, nisi veritas sit clara. Nemo autem aliquæ lege naturali obligari potest ad periculum erroris, si vitari potest.

Dices

N. Dices ex P.D.Thyrso n. 5. quod S.Thom. 115. unice velit, quod ut periculum erroris vi. p.Thyr. tetur, veritas diligenter investiganda sit; hoc s. Tho. autem non tantum sit per judicium evidens, sed etiam per judicium conceptum ob ratios urgentiores; quamvis enim hoc possit esse fallum, attamen error ille est probabilis, & apud Deum excusationem haberet; nam in rebus moralibus valde controversis est moraliter impossibile invenire evidenter veritatem.

N. Sed contra 1. quia n. 4. ait, quod nihil possit 116. esse recta regula, nisi cognoscatur ut conforme p.Thyr. prima regula, quod non habet nisi quatenus verum; seu nullum judicium, nisi sit verum, esse possit recta regula: at n. 5. dicit, quod judicium prudens, eti falsum, conceptum ex fundamento urgentiori, sit error probabilis, & excusat a culpa: ergo vel error est conformis primae regulae; & sic regula ut sit recta, non debet esse vera; vel si solum judicium verum est recta regula, error probabilis non est recta regula, nec excusat, cum sit voluntarie formatus. Rursus h. n. 5. ait, quod judicium prudens possit esse falsum: ergo falsitas non nocet prudentie.

N. Contra 2. quia periculum erroris non potest vitari per aliquid, quod potest esse erroneum: sed omne judicium, eti probabilis, potest esse erroneum; ergo per illud vitari non potest periculum erroris. Immò per solam suspensionem omnis judicij directi probabilis, probabilioris, aut moraliter certi, vitari potest periculum erroris: ergo si in re moralit vitandum est periculum erroris, ut ait S. Thom. & ex altera parte s̄pē operandum est, manifeste sequitur, quod, non erremus, suspendendum sit omne judicium directum invidens, eti moraliter certum, quia potest esse erroneum; & ut operemur, concipiendum sit judicium evidens de probabilitate, aut probabilioritate veritatis, & honestatis, quod non potest esse erroneum. Etenim aliud est, quod quoties utraque contradictione est probabilis, sive eque, sive non eque, veritas sit dubia; aliud, quod probabilitas sit dubia. Illud est verum; & ideo, eti non detur obligatio suspendendi judicium invidens directum de veritate, quamvis possit esse falsum; attamen latius est suspender. Hoc est falsum, nam voluntas probabilitatem opinionis debere esse evidenter; & ideo, qui concipit judicium de probabilitate, concipit semper judicium evidens, & verum.

N. Ad confirm. dico probare evidenter op- 118. positum; si enim nullum indifferens ad falsum potest esse recta regula, nullum judicium.

Tom. III.

cium, eti probabilis, aut moraliter certum, poterit esse recta regula applicans pri- mam regulam objectivam; ergo non tantum non tenebimur ad formandum, sed tenebimur non formare ullum judicium invidens directum de veritate, antequam operemur. Imò cùm solum judicium reflexum de probabilitate, sit evidens, & verum, hoc solum poterit esse recta regula applicans legem Dei. Deinde dico, quod per judicium verum applicatur lex Dei directa; per falsum, prudenter tamen conceptum, applicetur lex Dei reflexa, ut saepius docui.

Attamen notanda mihi occurrit in- N. consequentia; nam dicit. 8. n. 11. ait, nos 119. non teneri semper ad doctrinas veras, sed p.Thyr. tantum inquirere diligenter veritatem, & tradere vel doctrinam veram, vel verosimiliorem, quam ipse veram existimet, quamvis re ipsa sit falsa. Modò quero, an falsum verosimilius putatum verum, sit recta regula? Si est; ergo falsum est, quod ait dicit. 9. n. 4. nil posse cognosci ut rectam regulam, nisi cognoscatur, ut conforme primae regule; nam tò cognoscitur, vel significat est; & tunc judicium in se falsum verosimilius putatum verum, recta regula esse non poterit: vel tò cognoscitur significat appareat; & sic opinio etiam minus, certò tamen probabilis, quia appareat vera, erit recta regula. Rursus dum ait, quod opinio non habeat esse conformis primae regulae ut probabilis, sed ut vera, eo ipso dicit, quod neque probabilior, nisi ut vera, sit conformis primae regulae: nulla ergo opinio falsa, eti probabilior, poterit esse recta regula, sed omnis probabilior potest esse falsa: ergo nulla probabilior potest esse recta regula.

Quare ne sibi contradicat, aliud per ea N. verba, opinio non ut probabilis, sed ut vera, est 120. conformis prima regula, intelligere non potest; quām quod opinio cognita, non ut evidenter vera, sed ut probabiliter, aut probabilis vera, sit conformis primae regulae: ergo multo magis judicium scientificum cognitum ut evidenter verum de probabilitate, aut probabilioritate veritatis, & honestatis, habebit esse conforme primae regulae. De- cum alter inconsequitae scrupulus re- sultat ex his, quae habet dicit. 9. n. 26. quod p.Thyr. sicut Deus non tenetur Doctoribus diligenter inquirentibus manifestare omnem veritatem, ita nec tenemur semper sequi verum. Quero, quomodo hoc dictum, non tenemur semper ad verum, sed vel ad verum, vel ad verosimilius, componatur cum obligatio- ne formandi semper judicium abolutè ve- rum de opinione antequam operemur? satis

Gg iij enus

enim erit, ut eam judicem vel veram vel verosimiliorem. Quod si ad operandum satis sit iudicium reflexum de maiori verosimilitudine opinionis, eo ipso cadit tota machina de obligatione iudicij directi absolute veri.

N. Arguit 5. diſert. 9. n. 6. statuto semel hoc

121. principio, *Licet enique confalere, & operari*

P. Thy. *juxta quamlibet certo practice probabilem*, tol-
 ditur studium necessarium ad quæstiones
 morales resolvendas; & sufficiet superficialie; satis enim erit legere, immo operari jux-
 ta Summan Dianę, aut Leandri, qui dili-
 gentes sunt in referendis Doctorum placi-
 tis; videbit enim pro utrāque contradictriori
 stare DD. graves, & utramque esse proba-
 bilem, & sic quamlibet securissimè sequi.

N. Confirmat ex S. Thom. *Opus. c. 73.* de Ulu-
 122. ris, in cuius Proœmio rogit Deum, ne per-
 P. Thy. missat errare in periculum animæ suæ, &
 S. Tho. laqueum aliorū.... Quoniam vero in dubiis,
 quorum veritas cognita salutaris est, & in-
 cognita periculum ingerit humanæ saluti,
 admodum utile est veritatem investigare; &
 temporibus nostris audivimus multas con-
 troverbias inter DD. non solum in naturali-
 bus quæstionibus, verum etiam in moralibus,
 in quibus periculum est diversa senti-
 re, & opinari; & præcipue in illa parte Ju-
 stitiae, que Commutativa dicitur à Philo-
 sophis; & ita parte ejusdem, quæ virtùm uer-
 itate cohibet; ideo circa hanc materiam verita-
 tem declarare, & dubia elucidare, quantum
 Deus nobis aderit, & noster labor conani-
 ne pauperis investigationis nostræ attinge-
 re poterit, in hoc opere propositum nostrum
 est. Hæc S. Thom. ad verbum, quod eo fine
 retuli, ut non tantum doctrinam, sed insig-
 nem demissionem, & modeſtiam commen-
 dare, quam utinam imitatione aſsequar.

N. Modo P. Thyſus n. 8. colligit 1. longè à
 123. D. Thom. aberrare, qui in quæſtionibus
 P. Thy. moralibus, nec propriæ, nec alienæ animæ
 periculum timent. Secundò, non satis ad vi-
 tandum periculum habere pro utrāque parte
 Doctores, nam eos contraria sentientes
 habebat pro utrāque parte in materiâ uul-
 rum Divus Thom. & tamen non parabat
 evacuatum per hoc periculum; ergo ut per-
 iculum vitetur, non satis est habere pro
 utrāque parte Doctores. Tertiò, non satis
 quodlibet probabile pro regulâ conscientiæ,
 nam tempore Divi Thom. utraque opinio
 circa materiam uisua defendebatur; nec ta-
 men S. D. tali probabilitate contentus fuit,
 sed necessarium duxit excutere veritatem.
 Quartò, non satis probabilitatem ex autho-
 ritate Doctorum, sive per bona, sive per
 mala fundamenta, diversa sentientium; si

enim satis esset, non esset orandus Deus pro
 doctrinâ tutâ in rebus moralibus; fene enim
 possemus, & sciremus sine gratia particuli
 Dei cum solo concurſu generali in materiâ
 uisuarum dari Doctores, diversa opinione
 sine censurâ; quo modo solo concurſu gene-
 rali scimus per Historias extiſſe Cæſarem,
 & Ciceronem; & sequela autem non tantum
 est contra S. Thomam, ut patet ex enī ad
 Deum votis, sed etiam contra communem
 Ecclesiæ ſenſum, qui totus eſt in petendo
 ſpeciale lumen à Deo pro agnitione veri-
 tatis.

Subdit à n. 10. fuſe, quod S. Thom. pul. N.
 libi uberiū explicari non satis eſt probabi-
 litatem opinionis minus tutæ, ad ſecundum P. Thy.
 tem conscientiæ, preſcindendo ab eius ve-
 ritate, quā qſodlib. 8. art. 13. ubi quā:
 An quando ſunt diversæ opinioneſ de ali-
 quo facto, peccet, qui lequitur minus tuam,
 ſicut de pluralitate beneficiorum? Omitto
 verba D. Thomæ ſe pius à me alibi allegata:
 non tamen omissam iſcholiam P. Thyſi. Pri-
 mum eſt, quod S. Thom. per ea verba, *qui*
 facit contra opinionem veram, *qui facit contra*
legem Dei, peccat, tantum abſit, ut con-
tens ſit ſolo iudicio reſlexo de probabilitate
opinionis, preſcindendo ab eius veritate, ad
conscientiæ ſecuritatem, quin primi facie
*velle videtur, omnem opinionem fallam or-
 cajus naturale eſt errorem vincibilem; ita*
ut ad hoc ut minus tutam ſequi licet, debeat
eſt vera. Secundum n. 13. eſt, peccat con-
*tra legem, quia peccetur contra conſci-
 entiam; quod rotum eſt contra nos uuenit ne-
 cessitatem ad vertentia actualis ad peccatum,*
ut peccetur. Tertium eſt, colligi inuitiſſe
ex D. Thom. quod, ut quis licet lequitur
minus tutam, necessarium ſit iudicium de
veritate, nec ſatis eſt ſolum de veritate pro-
babilitate iudicium; nec quod opinio de re-
ra re ipſa, ſiquis dubitet de ejus veritate;
ſed requiri, quod prius aſſecuretur de veri-
tate opinionis, ut eam ſequi poſit, an P.
Thyſus n. 13. Quartum eſt in fieri eviden-
ter contra nos non eſt licitum ſequi minus,
aut æquè probabilem, quia tunc intellectus
inducitur in dubitationem. Quare conclu-
dit P. Thyſus l. c. colligi, quod D. Thom.
mas exigit ad uſum licitum opinionis minus
tutæ, quod præemineat in probabilitate opi-
nioni contraria, ut operans ſormet iudicium
fixum de honestate objecti, quod omnem
prudentem dubitationem malitie excludat.
Hæc P. D. Thyſus.

Sed contra; qui ab arguente eſt ſolven-
 dum: ſiquis enim putet hunc pre illo Do-
 ctore eſt præſatiorem, poterit clauſis oculis

cum

etum sequi, quatenus ejus opinioes sunt sibi saltem extrinsecè probabiliores; discerne re enim intrinsecam opinionem probabilitatem non est nisi virorum imprimis sapientiorum. In formâ nego antecedens; tum quia vel sermo est de iis, qui vulgo habentur ut idiotæ; his autem sufficit, ut eligant virum, qui vulgo habetur ut doctus, & pius; aut ut præstantis Theologi Summam diligenter evolant, eique subscriptant juxta prudens D. Franc. Saleffi monitum: vel sermo est de viris doctis; hi autem primum tenentur inquirere veritatem, quæ si deinde semper incerta maneat, tenentur deinde ad certam probabilitatem veritatis, nam certa verosimilitudo est quasi veritas: tum quia non omnis opinio, quæ in Summis reperitur, etiæ a pluribus sustineatur, est certò probabilis; & ideo enixè petendum à D. o., ut non tantum aperiat veritatem, sed etiam ut lumen evidens nobis tribuat pro discernendâ veritatis probabilitate, quoties veritas manet invidens. Omitto plura, quæ alibi dedi.

N. 126. Ad confirm. dico nil magis ad rem contra arguentem, quam Divi Thom. textum. Primo, quia si in una tâtuâ materiali morali adeo difficile est invenire veritatem; quomodo ante omnem actionem tenebimus in quâcumque materiali formare judicium verum de veritate? Secundo, quia S. Thom. non dicit, *necessarium esse investigare veritatem*, sed dicit *admodum utile esse*; hoc autem ips. S. Thom. sum est nostra mens. Tertio, quia S. Thom. agebat Magistrum, cuius officium, & quidem primarium est querere veritatem, & ferre judicium de illâ; regulariter enim non examinatur, quæ opinio sit probabilis, sed quæ mihi videatur vera; ergo tunc ferdum est judicium de veritate.

Hinc ad illationes P. Thyr. fateor primam esse veram. De secundâ dico verum quoque esse, quod non fatis sit, ut stent pro aliquâ opinione Doctores, ad hoc ut eam sequar, nam potest ea opinio adhuc esse intrinsecè non probabilis; ejusque opposita esse certò moraliter vera. An autem quælibet opinio tempore Divi Thom. in materiali de usuris controversa esset certò probabilis, saltem extrinsecè, quis hoc nisi divinando decidat? Quod si detur quamlibet fuisse certò probabilem, tunc dico satis fuisse, ut anima periculum vitaretur. Ad tertiam, & quartam patet ex dictis.

N. 128. Ad scholiam in alterum D. Thom. textum de pluralitate Beneficiorum, plura alibi di. D. Thom. xi; immò ex eo textu nostram sepe doctrinam firmavimus. Hic unicè noto repugnare doctrinam P. Thyr., prout obligat, ut ope-

rans formet *judicium fixum de veritate*, & honestate objecti, ut loquitur n. 13. quâ enim ratione judicium incertum, quale est omne probabilius, sit fixum de veritate? Sanè non quatenus probabilius; nam judicium Doctorum, qui oppositam sequuntur, etiæ illis sit probabilius, putat esse falsum; cur ergo de proprio, & sibi probabiliori, falsitatem logicam timere prudenter non poterit? Vi de quæ dixi disp. 24. sect. 2. §. 2.

Præterea, dum P. Thyr. dicit ex eo N. textu colligi illicitum sequi minus tutam, 129. nisi sit notoriè probabilior, & formandum P. Thyr. judicium de ejus veritate, antequam quis eam sequatur, quæro, an in eo casu possit quis sequi tutiorem minus probabilem? Si affirmat, ut affirmat, rogo, quomodo formet judicium de veritate tertioris minus probabilem; seu quod detur lex, & quod eam sequendo non peccat? etiæ enim verum sit, quod nemo peccet sequendo tertiorem probabilem; attamen falsum est, quod conformatur legi; potest enim ea non dari: immò cum tertiis sit minus probabilis, habet maius fundamentum judicandi non dari legem, & eam tertiorem esse falsam, & se sequi falsum eam sequendo.

Accedit 1. quod sicut peccat, qui ponit N. actionem cum dubio, an sit contra legem, 130. ita quoque peccat qui ponit actionem cum dubio, an sit contra veritatem: sed qui sequitur tertiorem minus probabilem, ponit actionem cum dubio, an sit contra veritatem; non enim est sibi verum, sed falsum, dari legem: ergo. Accedit 2. quia P. Thyr. P. Thyr. dicit. 14. n. 2. ait, quod in eligendis sententiis non sit obligatio attendendi, quæ sit rigida, vel benigna, sed quæ sit vera. Ecce si datur obligatio sequendi, quæ videtur vera; cum minus tutâ, quia probabilior, videatur vera; tertiior autem, quia minus probabilis, videatur falsa; nemo sequi poterit tertiorem minus probabilem: ergo dum hoc licitum affirmat, sibi contradicit.

Dices ex P. Thyr. disp. 14. n. 32. Proba- N. bilioritatem esse posse regulam operandi, 131. quia non convenit nisi uni opinioni; non ita P. Thyr. probabilitas, quæ utriusque, tam veræ, quam falso.

Nego antec. nam probabilioritas conve- N. nit etiam utriusque opinioni, tam veræ, quam 132. falsa, cum hoc tamen discrimine, quod probabilitas convenit utriusque respectu ejusdem intellectus; probabilioritas respectu diver- forum intellectuum. Hoc autem nihil obstat, æquè enim repugnat, ut objectum in re simul sit, & non sit respectu duorum, ac respectu unius intellectus; ergo alterutra proba-

proba-

D I S P V T . XXVI.

356

probabilior ex contradictriorum est tantum
logicè vera, non minus, ac ex probabiliti-
bus.

N. Instabis ex eodem *l.c. n. 14.* Sola veritas
133. est regula operandi: ergo non licet inter op-
positas probabiles quamlibet eligere. Sed
contra, quia veritas, ut est in re, non potest
semper esse regula operandi, alias invincibilis
error non excusaret a peccato; ergo veri-
tas, ut est in mente, sed haec convenit utri-
que opinioni certò probabili, immò utriusque
certò probabili, & assentientis assentitur ei
ut veræ: ergo veritas, ut est in mente,
per judicium prudens minus probabile est
etiam recta regula.

N. Dein retorqueo: quia, juxta omnes, licet
134. sequi tutiorem minus probabilem, quæ co-
ipso, quod sit minus probabilem juxta loquē-
di modum Adversarii familiarem, est magis
falsa, quam vera: ergo veritas tunc non est
regula, immò qui eam sequitur, formidare
prudenter potest, quod legem veritatis vio-
let, omittendo probabilem minus tutam.
Nec prodest dicere, quod sequens tutiorem
sit certus de non peccato: vel enim est cer-
tus ob tutiorem; & sic omnis tutior, et si
non probabilis, præferenda erit minus tuta
probabilissimæ: vel est certus ob minorem
probabilitatem; & sic sequens minus tutam
minus probabilem, erit quoque certus de

non peccato. Rursum aliud est, quod sequens
tutio rem minus probabilem sit census de
non peccato, & hoc fateor; aliud de venturæ
tunc autem vel illi tuto rem minus probabile
assentitur, vel non? Si assentitur, ergo al-
tensus præstitus tuto rem minus probabile
prudens: si non assentitur, ergo supradictum
judicium directum de veritate tuto rem mi-
nus probabile unice contentus hoc refutat:
Segundo tuto rem non peccato.

Nec satis est dicere, quod dum elegitur
tutor minus probabilis, ex gr. de obligatio-
ne jejunii, dirigat ab hoc judicio, *jejunando*¹³⁵
non peccato. Primo, quia non est quod, in
peccatum jejunando, sed an teneat jejumare:
ergo questioni directæ non respondetur.
Secundo, vel tunc judicio directo
circa obligationem jejunii, à solo reflexo di-
rectus non peccato, sequendo tuto rem minus
probabilem; vel judicium directum non
suspendo? Ergo sicut satis est
judicium reflexum de licentiâ tuto rem mi-
nus probabilem, suspendo omni directo de
veritate, circa obligationem jejunii; ita quo-
que reflexum de certâ probabilitate opinio-
nis, suspendo omni directo de ejus veritate
satis erit. Si non suspendo; ergo directe
assentior minus probabile stanti pro obli-
gatione jejunii.

DISPUTATIO XXVI.

In Patrem Adamum Ehrentreich.

N. RODIIT anno 1699. Roma-
nis ex Typis citati Theologiae
Doctoris libellus, brevitate, clari-
tate, & doctrinâ nobilis. Pro-
babiliorista est, & quidem miti-
simus, unoque in libello tria praefat. Primo
trahit sua principia, & conclusiones de li-
centiâ, & usu opinionis probabilis. Secundo
eorum principiorum fuitorem declaratio-
nem in sexdecim Articulos divisam exhibet,
impugnando precipue insufficientiam ju-
dicii de objectivâ probabilitate. Tertio re-
probationem Lydi lapidis, seu refutatio-
nem Doctoris Perez pro Probabilismo.
Quæ omnia servato ejus ordine breviter dis-
cutiam.



S E C T I O N I.

Eius principia.

§. I.

Primum, secundum, tertium principium.

S U M M A R I U M.
*Ait quod ad omnem actionem moralem pre-
quiratur judicium de licentiâ actionis, adi-
que de honestate materiali, & non tantum de
formali, n. 2. ad 5.*

*Rejicio: Satis de honestate formalis actionis, n.
6. 7. 8.*

Nego requiri judicium directum, n. 9. 10.

*Ait quod honestas moralis pendat a conscientia
dictamine proponente objectivam, n. 11.*

*Nego requiri dictamen de honestate materiali,
satis de formalis, n. 12.*

Omnes docent, quod ut subditus parent, & ut